"Ipsa Semina sæpe projectionem suam in longinquum adjuvare tenentur. Ita Avena nuda, si post messem cum reliquo frumento in horreo recondatur, ex glumis suis ipsa egreditur, neque plerumque antea subsistit, quam ad parietem horrei perveneril. Hinc Dalecarlus, dum mature secuit avenam, fasciculos in horreum colligit, et post aliquot dies, omnes glumas vacuas, avenam seorsim invenit: est enim cuilibet semini avenaceo adjuncta arista cum spira, quæ convolvitur, et retorquetur, prout coelum est vel serenum vel nubilum. Hinc dum in gyrum vertitur spira, protrudit avenam, quæ non potest in priorem locum recidere, spira retrorsum voluta, ob setas laterales reditum impedientes." Lin. Am. Acad. T. II p. 455.; cfr. Lin. It. W-goth. pag. 93.

28) ARUNDO *phragmites.* Lin. Spec. pl. p. 120.

* Cfr. Lin. Am. Acad. T. I p. 357.

** "Mulieres rusticæ huius Arundinis panicula pannos suos flauescente-viridi colore tingunt," Lin. Fl. Lapp. sp. 41 λ., cfr. Lin. It. W-goth. p. 93.

29) MONTIA *fontana.* Lin. Spec. pl. p. 129. "Nomen Montiæ retinemus. Alsine et Alsinoides sunt nomina erronea. Cameraria excluditur, quoniam hoc aliud indicat genus, a Plumiero dudum constitutum, quod si erroneum demonstrari potest, male impositum erit nomen Montiæ; alias non." Lin. Fl. Lapp. sp. 57 δ.

* tab. 3 fig. 4 e Lin. Fl. Lapp., Fl. Suec. et Spec. plant.

** Cfr. Lin. Lachesis Lapponica. T. I p. 176.

30) ALCHEMILLA *vulgaris.* Lin. Spec. pl. p. 178, cfr. Fl. Lapp. sp. 66. Alch*i*milla Tournef. Inst. T. I p. 508. Lin. Florula Lapp. p. 48. Alch*e*milla Lin. ab Alch*e*mistis Ros foliorum. Lin. Phil. Bot. p. 140 et 166, cfr. Lin. Gen. Plant. ed. I gen. 83.

* Alch*i*milla reprimit et vbera virginum, laxiora aut nimium tumentia, duriora efficiens." Remberti Dodonæi Stirpium Historiæ Pemptades Sex. Antuerpiæ 1616, p. 141.

** Cfr. Lin. Lachesis Lapp. T. II p. 145 et M. Val. Martialis Epigrammaton Libri: lib. VIII epigr. LXIV v. 11.

31) ALCHEMILLA *alpina.* Lin. Spec. pl. p. 179.

* "Vidi Holmiæ Hortulanos plantam hanc in fictilibus per totam hyemem in hybernaculis a frigore defensam conseruasse; qui vero locum natalem considerat, eam prope Holmiam frigore non perituram, facile credet." Lin. Fl. Lapp. sp. 67 ε.

32) PLANTAGO *major.* Lin. Spec. pl. p. 163.

* "Rustici Folia recentia vulneribus imponunt, et consolidant." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 129.

33) PLANTAGO *media.* Lin. Spec. pl. p. 163.

34) GALIUM *verum.* Lin. Spec. pl. p. 155. — "Galium dixere veteres a γάλα, quod lac coagulet. hinc cum simplici λ potiùs, quam duplici scribimus." Lin. Fl. Lapp. sp. 61 β.

* "Comam coaguli vices præstare fertur; Cestenses Angliæ comas coagulo miscere, ubi casei præstantissimi conficiuntur. Raj." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 123.

35) GALIUM *boreale.* Lin. Spec. pl. p. 156.

* "Nomen C. Bauhini loc. cit. genuinum esse huius synonymon, a Joach. Bursero in herbario (T. XIX sp. 15 e Lin. Spec. pl. ed. II) edocti sumus." — "Radices sunt filiformes et rubræ, quibus mulierculæ Finlandiæ lanas et e lanis confecta tingunt." Lin. Fl. Lapp. sp. 60 γ et δ.

36) GALIUM *Aparine.* Lin. Spec. pl. p. 157.

* Cfr. Joh. Franckenii Speculum Botanicum Renovatum, Upsaliæ 1659, p. 4 et E Til-Landz Catal. Plantarum, Aboæ 1683, p. 5.

** "*Disseminàtio* seminum, postquam ad maturitatem pervenerunt, sicut maxime necessaria, quippe sine qua nulla subsequeretur messis, sic etjam naturæ Auctor huic rei peragendæ, multis immo infinitis modis sapientissime prospexit. — — — — *Hispida et hamis quasi instructa* sunt alia semina aut pericarpia; hinc ejusmodi semina prætereuntibus animalibus adhærere possunt, iisque mediantibus usque ad eorum cubilia duci, ubi et seruntur et stercorantur, mira naturæ cura, quare etjam horum seminum plantæ crescunt, ubi aliæ recusant, ut Cynoglossum, Agrimonia etc." Lin. Am. Acad. T. II pag. 18 et 19. "Alia Semina instructa sunt *Hamis,* quæ ad maturitatem perducta relinquunt locum suum natalem, animalia transeuntia prehendunt, et ab illis ad cubilia eorum deportantur, unde pleraque horum Vegetabilium requirunt humum fimo saturatam." Lin. Am. Acad. T. II p. 451. — "Wattubinda Aparine Fl. 120 i Fahlu korn-åkrar." Lin. It. Scan. p. 422.

37) GALIUM *uliginosum.* Lin. Spec. pl. p. 153.

38) GALIUM *palustre.* Lin. Spec. pl. p. 153.

39) CORNUS *suecia.* Lin. Spec. pl. p. 171.

* Periclymenum humile. Casp. Bauh. Pin. p. 302.

** "Locus huius plantæ natalis vniuersa est Lapponia, in Alpibus scilicet reperitur sæpius inter salicta, in desertis eam nemora solo spongioso gaudentia frequenter exhibere vidi. In Smolandia ad templum Stenbrohultense, in Noruegia vbique, præsertim in Finmarkia; In Norlandia omni, vt in Gestricia. Helsingia, Medelpadia, Angermannia, Westrobothnia, Ostrobothnia et Finlandia vul-

garis est. Nullibi autem illam per totum terrarum orbem, nisi in septentrione nostro, et quidem in Westrobothnia, existere, non sine caussa dicimus." — "Vsus Baccarum parcior est, communiter enim ab incolis negligitur, nisi puerorum palatis arrideat; noxias tamen, vt putarunt veteres, esse baccas huius speciei omnino nego; vidi enim pueros, qui tres quatuorue pintas baccarum adsumserunt sine incommodo; adhæc nec sapor, nec genus, nec principia constitutiua, nec obseruationes eas venenatas pronunciunt. Viris minus placent baccæ, cum aquosæ et dulces sint, his enim acria et solidiora vt præbeas, necesse est." Lin. Flor. Lapp. sp. 65 *α* et *κ* pag. 37 et 41.

40) SCABIOSA *arvensis.* Lin. Spec. pl. p. 143.

41) SCABIOSA *Succisa.* Lin. Spec. pl. p. 142.

42) CONVALLARIA *bifolia.* Lin. Spec. pl. p. 452; cfr. Lin. Florula Lapponica, pars prior, p. 48 sub TETRANDRIA, ut heic; in omnibus autem sequentibus suis operibus eam ad HEXANDRIAM, ut in Flora Lapponica, refert Linnæus. — "Ad idem genus referimus Lilium conuallium Tournef. Polygonatum Tournef. et Vnifolium Dill. hinc nouum introducimus nomen, cum Lilium conuallium (Fundamenta Botanica § 221, 213, 287) indignum sit, Polygonatum facile confundatur cum Polygono (Fund. Bot. 228) et Vnifolium erroneum exsistat (F. B. 232), neue vno horum posito, intelligeretur sub eodem nomine istud vnicum, quoad antea significauit. Ne autem innouationem nimiam introducamus (F. B. 242) leui mutatione Conuallariam dicimus aliorum conuallium Lilium." Lin. Fl. Lapp. sp. 112 *γ.*, cfr. sp. 113 *β.* "Si quis tamen plantam hanc a Conuallariis separare strenue desideraret, necesse est, vt còniungatur cum Polygonato racemoso Cornuti, nec vlla ratione cum Smilacibus confundatur." — "Vnifolium nomen huic plantæ dudum a veteribus impositum, pessimum omnino est (F. B. 232), cum planta perfecta semper in caule duo gerat folia, sparsis reliquis radicalibus absque vllo ordine." — "Baccæ huius speciei, antequam maturescunt, virides punctis fuscis adspersæ sunt; quales maculas in Lilio conuallium T. et Polygonato T. aliquoties obseruaui." Lin. Fl. Lapp. sp. 113 *γ*, *δ* et *ε*.

43) GENTIANA *Amarella* l. *campestris.* Lin. Spec. pl. ed. II p. 334, cfr. Lin. Florula Lapp. p. 50, Flora Lapp. sp. 94, Hort. Cliff. p. 31, Fl. Suec. ed. I sp. 203, ed. II sp. 229 et 230 Spec. pl. ed. I p. 230 et 231; Wahlenberg Fl. Lapp. sp. 126; Krōningsswård Fl. Dalecarl. p. 21, (ubique sub PENTANDRIA.) — Illam ob caussam, Floris Lapponicis Linnæi et Wahlenbergii cum

Lin. Gen. plant. ed. I, II, V et VI collatis, facile crederem, Linnæum hoc loco *G. campestrem* præcipue in mentem habuisse. Hæ autem formæ illis temporibus specie non erant a Linnæo distinctæ, ut jam e Flora ejus Lapp. sp. 94 mom. γ clare elucet, præsertim quum adhuc in Spec. plant. ed. II p. 334 ipse de *G. campestri* adjiceret: "præcedenti *(G. Amarellæ)* "nimis affinis et fere varietas aut hybrida."

* Lin. Mat, Med. ed. I sp. 110.

** GENTIANA *Centaurium.* Lin. Spec. pl. p. 332, Mat. Med. sp. 112.

*** "Plantam hanc loco Humuli seu Lupuli in conficienda cereuisia adhiberi a Suecis, docuit Bromel in Lupulologia" (Holmiæ 1687). Lin. Fl. Lapp. sp. 94 ε. "Pauperes loco Humuli Cerevisiam ea condiunt." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 230.

† "Rusticis febre intermittente laborantibus exhibitum fuisse decoctum amarellæ huius herbæ, a concionatoribus quibusdam, aliquoties in Suecia vidi, felici interdum cum successu; hinc apud eosdem sub nomine, *surge et ambula,* innotuit." Lin. Fl. Lapp. sp. 94 δ; cfr. Lin. Am. Acad. T. II p. 180.

†† "GENTIANA *major lutea.* Bauh. pin. 187. ab Archiatro Rudbeckio itidem inter plantas Lapponicas recensita fuit. (in Indice plant. præcipuarum in itinere Laponico anno 1694 collectarum, Upsal. 1720, Actis Lit. Svec. inserto p. 98.) "Quantum nobis constat, illa non occurrit in Lapponia, nec in vlla parte Sueciæ aut Scandinauiæ nostræ, nisi tantummodo in Noruegiæ quadam parte, *Wallers* dicta. Nec in *Dalekarlia,* vt fama fert, vllibi pronascitur." Lin. Fl. Lapp. sp. 96 α. — "*Gentiana major flore purpureo.* Clus. pann. 277. t. 278. Hist. 312. C. B. P. 187; *G. purpurea.* Linn. S. N. — Norvagis *Söde, Skiærsöde, Södrod,* vulgo *Enzian.* — Copiosa in alpibus *Hallingdaliæ, Tillemarkiæ, Heckfield,* in lateribus summorum collium vix gramine vestitis, apricis. Luteam nullibi inveni, hujus autem purpureæ radicibus rustici utuntur, et effossas in urbibus venumdant, luteam sine dubio æquiparantes, monente jam Clusio." G. Chr. Oeder: Flora Danica Fasc. I p. 10. tab. L. — Herbarium Linnæi: Gen. 328 GENTIANA (1) *lutea* (manu propr. pro nomine primum scripto, deinde vero deleto:) *punctata* 3. (Præterea Smithius addidit:) *G. algida Pallas. Ross. t. 95* (atque:) *Gmel Sib. v. 4. 106. — non lutea. Sp. Pl.* — Ut jam dicta citata Smithii docent, hæc nullomodo cum *G. lutea Sp. Pl.* convenit; nec facile *G. purpurea* est, quamobrem, quum etiam nullus locus est appositus, specimen Norvegicum indicans, hoc loco

herbarium Linnæi minime est aptum ad componendam litem, quam generaverunt scripta ipsius hac de specie, utrum *lutea* vera, ut docent Spec. Pl. et Flora Suecica, sit unquam intra limites Scandinaviæ reperta, an planta indigena, cui locis citatis id nomen imponitur, sit *purpurea* primum non bene agnita. — Quod dubium, nisi chirographa, quæ dicunt, Linnæi in herbario, ea certo quæ in libris ejus adsunt, tollere possunt. In pagina enim ultima sui exemplaris Floræ Suecicæ edit. 2 hæc sua manu adnotavit: "*n. 227 Gentiana lutea est Gentiana purpurea*"; atque idem in suo exemplari Spec. Plant. ed. 2 ipse e locis ad Gent. luteam receptis vocabulum *Norvegisis* (sc. alpibus) delevit, locum vero eundem, sub G. purpurea indicatum, retinuit. Ex quo constat, Linnæum ipsum posteriore tempore, quasi veram *purpuream* agnovisse *Gentianam* in Norvegia lectam, quam prius sub nomine *luteæ* meminerat." C. Hartm. J:r in Act. Reg. Acad. Scient. Holm. 1851 p. 219 et 220.

††† Nonne Valders? — Vide: "Botanisk Reise i Valders og tilgrændsende Egne af Axel Blytt, Christiania 1864."

44) MYOSOTIS *scorpioides α arvensis.* Lin. Spec. pl. p. 188.

45) MYOSOTIS *scorpioides β palustris.* Lin. Spec. pl. p. 188. Hæ sunt etiam specie divisæ in Lin. Florula Lapp. p. 49 et Flora Lapp. ed. I. "Quæro, numne hæc specie conueniat cum antecedenti planta et tantummodo sit variatio a loco aquoso et succoso producta, qui plantæ magnitudinem augeret, hirsutiem destrueret, et corollam expanderet? Ita a priori facile videretur! qui vero hæc certo determinare cupit, consulat effectus culturæ." Lin. Flora Lapp. sp. 75 *β.*

46) ANCHUSA *officinalis.* Lin. Spec. pl. p. 191.

* "Radix, folia, flores, sunt hi e numero quatuor florum cordialium. Flores scilicet insignem habent usum in Melancholicis et Hypochondriacis affectibus. Raj. Hist. p. 493." Dale.: Pharmacologia p. 204; cfr. Lin. Mat. Med. sp. 59.

** ALKANNÆ *Radix,* e Gallia Narbonensi, a *Lithospermo Tinctorio* desumta, minime prætereunda est, ob speciosam illam Tincturam, nec ejusce in locum *Anchusæ Officinalis* Radicem ab exteris accersere opus est." Lin. Am. Acad. T. IV p. 37. — "ANCHUSA *officinalis.* Corollæ *Viridem* picturam recentes expressæ et succo cum alumine cocto præbent." — "LITHOSPERMUM *tinctorium (Pseudo-Alcanna).* Pl. perennis Galliæ Narbonensis; mansueta. Radix *rubrum* dat colorem, sed fugacem, quapropter vix nisi Pharmacopolis in Medicamentis et Bezettis usum præstat, qui eandem pro *Alcannæ veræ* substituunt; qvum vero et hæc

rarius aqud nostrates prostet, hujus *Alcannæ* succedanei succedaneum porrigunt, radices scilicet Anchusæ præcedentis." Lin. Am. Acad. T. V p. 323 et 324. — "Anchusa *Offic.* Monspeliaca J. B. Puniceis floribus C. B." (= *A. tinctoria* Lin. Spec. pl. p. 192). "Radix oleo soluta rubro colore tingit et Anchusa ab Echio, Buglossa, aliisque congeneribus radicis sanguineo succo differt. Raj. Hist. plant. p. 496" e Dale Pharmacologia p. 205.

47) LYCOPSIS. Lin. Spec. pl. p. 199.

* Aug. Quir. Rivini: Ordines plant, quæ sunt flore irregulari monopetalo, Londini 1690, p. 10 e Lin. Flora Lapp. et Hort. Cliff., sed p. 7 e Lin. Fl. Suec. ed. I et II.

** pag. 257 (sed perperam) e Lin. Fl. Lapp., Hort. Cliff., Fl. Suec. ed. I et II, Spec. pl. ed. I et II.

48) PRIMULA *farinosa.* Lin. Spec. pl. p. 205.

* Clus. Hist. I p. 300 e Lin. Hort. Cliff. et Tournef. Inst. T. I, sed Clus. pan. p. 340 e Lin. Fl. Suec. ed. I et II, Spec. pl. ed. I et II.

49) LYSIMACHIA *vulgaris.* Lin. Spec. pl. p. 209.

50) LYSIMACHIA *thyrsiflora.* Lin. Spec. pl. p. 209.; recte! Bauh. Pin. p. 245 ut etiam in Lin. Hort. Cliff. et Fl. Suec. ed. I et II, neque p. 246 ut in Lin. Fl. Lapp., neque p. 242 ut in Lin. Spec. pl. ed. I et II.

51) VERBASCUM *Thapsus.* Lin. Spec. pl. p. 252.

* "Recentiores mollium, lanuginosorum Verbasci foliorum decocto, cum dolore prominentes hæmorrhoides utiliter fouent; nam et dolores sopiunt, et ipsas hæmorrhoides resiccando resoluunt." Dodonæi Pempt. p. 144; cfr. Lin. Mat. Med. sp. 90.

52) MENYANTHES *trifoliata.* Lin. Spec. pl. p. 208.

* "Nouaccolæ in Lapponia, vt et Westrobothnienses radices huius plantæ in riuulis copiose pronatas effodiunt, easque pecoribus in penuria fœni ac pabuli exhibent, quæ easdem consumunt totas. — Sic vrgente annonæ sæuitia radices siccatas puluerisatasque miscet cum parua quantitate farinæ cerealium, et inde conficit miserum Nouaccolarum vulgus panem, qui admodum amarus est et detestabilis; modum, quo panem hunc conficiunt, pete ex Elfwingi diss. de Trifolio aquatico, Aboæ habita, licet ille Menyanthen pro Calla habuerit." Lin. Fl. Lapp. sp. 80 γ et δ — Cfr. Lin. Lachesis Lapp. T. I p. 200 et 352.

** "Rustici quamplurimi per Westrogothiam folia huius plantæ amara, deficientibus conis Lupuli (Humuli) pro conficienda cereuisia adhibent, quod balsamandi artificium æque ab acescentia defendit, ac vnquam Lupulus vel amara Gentianella, (vid. Bromelius in

Lupulologia), cum amara omnia alcalina et acidis contraria sint." — "Bartholinus, Sim. Paulli et alii plurima de scorbuto septentrionalium a frigore, deque copia plantarum antiscorbuticarum in regionibus hyperboreis exclamarunt, inter quas huic plantæ locum fere primum concedunt. Adseuero tamen, me nullum vnquam in tanto Lapponum numero, qui Lapponiam inhabitant, scorbuto obnoxium, vidisse, vel audiuisse, licet in climate omnium frigidissimo habitent, licet nullum vegetabile pro cibo ordinario, ne quidem panem, vnquam adsumant. Contra vero populos vndique adiacentes nullo morbo frequentius, quam scorbuto laborantes vidi. Rationem alio in loco reddere animus est." Lin. Fl. Lapp. sp. 80 ε et ζ.

*** "Tabacum Norlandicum." Franck. Spec. p. 29 et Linder Fl. Wiksb. p. 38.

53) HYOSCYAMUS *niger*. Lin. Spec. pl. p. 257.

* "Grauis odoris ac ingrati tota stirps est, caput aggrauans, et somnolentiam inducens." Dodonæi Pempt. p. 450; cfr. Lin. Am. Acad. T. I p. 359, T. V p. 154 et T. VI p. 184.

54) CAMPANULA *rotundifolia*. Lin. Spec. pl. p. 232.

55) AZALEA *procumbens*. Lin. Spec. pl. p. 215.

* Lapsu calami pro "*Chamærhododendros*".

** "Nulla in Alpibus nostris hocce fruticulo vulgatior est planta, qui Ericæ instar totos vastissimos campos alpinos obuestit, si modo sterilis, siccus et sabulosus est locus." Lin. Fl. Lapp. sp. 90 α. Obs.! *Dillenia*. Lin. Lachesis Lapponica, (Londini 1811) T. I p. 285.

56) VIOLA *tricolor*. Lin. Spec. pl. p. 1326. Florula etiam Lapponica ad PENTANDRIAM refert Violas. "Diuidunt violas communiter Botanici in tricolores et martias: *Violas martias* dicunt perennes, foliis cordatis, verno tempore florentes; *Violas tricolores* autem foliis ouato-oblongis gaudentes et annuas, (quæ omnes unius sunt speciei); planta vero præsens", *V. biflora* Lin. Spec. pl. p. 1326, "inter has quasi media est. Staminum antheræ in violis omnes margine membranaceo cinctæ sunt, et coalitæ in vnum corpus in Violis tricoloribus; in Violis martiis vero minus euidenter." Lin. Fl. Lapp. sp. 276 δ.

57) VIOLA *canina*. Lin. Spec. pl. p. 1324.

* Casp. Bauh. Pin. p. 199 (perperam 419).

58) VIOLA *palustris*. Lin. Spec. pl. p. 1324.

59) VIOLA *mirabilis*. Lin. Spec. pl. p. 1326.

* Dillenii Hortus Elthamensis p. 408 t. 303 f. 390, Cat. giss. 36, app. 36 e Lin. Hort. Cliff. et Fl. Suec. ed. I et II.

** *V. odorata*. Lin. Spec. pl. p. 1324. "*Violaceus* syrupus

a petalis violarum conficitur, quo varia præparata Pharmaceutica colorantur; idem adhibetur sæpius in examine aquarum ad detegendum acidum aut Alcali." Lin. Am. Acad. T. V p. 335.

60) SOLANUM *Dulcamara.* Lin. Spec. pl. p. 264.

* Cfr. Lin. Mat. Med. sp. 95 et Am. Acad. T. IV p. 39.

61) RHAMNUS *Frangula.* Lin. Spec. pl. p. 280.

* Cfr. Lin. It. Scan. p. 89 et Am. Acad. T. V p. 214.

** "Carbones a pulveris pyrii confectoribus seliguntur. Scan. 89." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 203. "*Carbonibus* ad pulverem pyrium utimur. It. Gotl. 319." · Lin. Am. Acad. T. I p. 360.

*** Cfr. Lin. Mat. Med. sp. 73.

62) CARUM *Carvi.* Lin. Spec. pl. p. 378.

* Dodonæi Pemptades p. 299.

** e Tourn. Inst. T. I p. 306.

*** "In Scania seritur, et satis care venduntur ejus semina, hic sponte crescit et negligitur." Lin. Fl. Lapp. sp. 105 β. "Seritur in Scania cum lucro. It. Scan. 139, 178, 201, 293." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 260. — "CARUM in pane, pulte spirituque frumenti pro condimento adhibetur, copioseque Londini Gothorum seritur. Act. Stock. 1744 p. 233." Lin. Am. Acad. T. I p. 362.

† "CARUM *Carvi,* freqventissimum in pratis nostris, sed plerumque neglectum. *Radices* adhuc teneræ in cibis, ipsa etiam pastinaca jucundiores et delicatiores sunt *(Parkins.)* adeoque latrantes stomachos pauperum sæpius possent apud nostrates compescere. *Semina* adduntur pani acidiusculo et caseis ad corroborandum stomachum: frequens etiam est horum usus in Suecia australi in spiritus frumenti destillatione. Folia tenera cum oleribus coquuntur." Lin. Am. Acad. T. III p. 83. — "Flatus discutit, ventriculo et ori gratum." Dod. pempt.

63) PIMPINELLA *saxifraga.* Lin. Spee. pl. p. 378.

* Cfr. Lin. Mat. Med. sp. 125.

64) CHÆROPHYLLUM *sylvestre.* Lin. Spec. pl. p. 369. recte! Tournef. Inst. T. I p. 314, ut etiam in Lin. Fl. Lapp., Hort. Cliff. et Fl. Suec. ed. I et II, sed perperam p. 114, ut in Lin. Spec. pl. ed. I et II.

65) HERACLEUM *Sphondylium.* Lin. Spec. pl. p. 358. "Fahlunensibus Hundloka." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 243.

* "Poloni ac Lituani ex Spondylij folijs ac semine cum aqua, addito fermento, potionem coquere feruntur, quæ pauperibus sit loco Cereuisiæ." Dodon. Pempt. p. 307. "Camscatsenses caules nudos

probe decorticatos comedunt. Gmel. Sibir. I p. 214." Lin. Am. Acad. T. III p. 83.

66) SELINUM *palustre.* Lin. Spec. pl. p. 350.

* "Pro medicina intus sumenda usurpant radicem musci, quod vocant *Iert;* ubi vero non nascitur, substituunt angelicam, *Fadno* eis dictam, et ubique fere invenitur." Joannis Schefferi Lapponica, Francof. et Lipsiæ 1674, pag. 309; cfr. Lin. Fl. Lapp. sp. 100.

** "Cum radix hæc maxime feruida sit, creditur esse Zingiber a rusticis emunctioris naris, vnde Zingiber Finnicum vel Suecicum ab iis dicitur. Eheu quanta differentia!" Lin. Fl. Lapp. sp. 100 δ.

*** Cfr. Lin. Am. Acad. T. I p. 407 et 419.

67) ANGELICA *Archangelica.* Lin. Spec. pl. ed. I p. 250, ed. II p. 360 pr. p.

* potius: Imperatoria Archangelica dicta. Tournef. Inst. T. I p. 317. Angelica IV seu Archangelica norwegica. Tabern. Hist. I p. 219 e Lin. Fl. Suec. ed. I sp. 233 β, ed. II sp. 245 β; cfr. Whlnbg. Fl. Lapp. sp. 131 et Cel. E. Fries in Bot. Notiser 1857, p. 49 et 50.

** cfr. Lin. Fl. Suec. ed. I et II; Cel. Th. Fries: Grönland, dess Natur och Innevånare, Upsala 1872, p. 27.

† "Caules Angelicæ huius Lapponum deliciæ et fructus æstiui, quibus benigna natura eos donauit, dura nimis et immisericordi exsistente Pomona, quæ Lapponum terram nunquam intrauit. Caulis hic, antequam vmbella absolute explicata est, (nam circa florescentiam lignosus euadit) abscinditur prope terram, folia auelluntur et cortex ad basin caulis cultro, dentibus vel vnguibus soluitur, detrahiturque a basi ad apicem, cannabis instar, remanente interiori caulis parte nuda niuea concaua et pulposa, quæ instar Rapæ vel Pomi cruda editur, et quidem summo cum adpetitu, deficiente gratiori in hisce oris vegetabili. Cum pueri vel puellæ mense Julio cum rangiferis suis per Alpes errantes in pascuis illosque circa vespertinum vel matutinum tempus ad casam, vt mulgantur, reduces comitantur, detruncatis caulibus totum sinum impletum reportant, quos in familia sua distribuunt, et summa auiditate deuorant. Gratus his Lapponibus cibus nec nobis displicebat, leuiter enim amarus et simul aromaticus est, immo et gustui et ventriculo arridebat, adsumtis scilicet tamdiu diluentibus ac emollientibus, cibo non salito, carnibus et piscibus sale nullo maceratis, lacte pingui rangiferino, haustaque pura aqua; tum, inquam, optime conueniebat, sed nescio num in hortis nostris magis amara sit et acris, vel an gustus nobis in Lapponia fuerit alius, quam extra eam; extra Lapponiam enim nunquam arrisit, forte fercula persica persicum requi-

runt adpetitum." — "*Vmbellæ* vix explicatæ a caule abscissæ, omnino non reiiciuntur, sed conscissæ lacti acetosato immiscentur et coquuntur." Lin. Fl. Lapp. sp. 101 ζ et η p. 69 et 70.

†† "Aperit, extenuat, digerit, et sudores mouet, venenis resistit, pestilentes morbos curat, si tempestiue exhibeatur." Dodonæi Pempt. p. 319; cfr. Lin. Mat. Med. sp. 120.

68) ANGELICA *sylvestris*. Lin. Spec. pl. p. 361.

* Lin. Fl. Suec. ed. I sp. 234; "Dalekarlis Biörn-Loka". Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 246.

** "Radice prioris speciei deficiente, huius radice vtuntur, antecedentis instar; caule vero non item." Lin. Fl. Lapp. sp. 102 δ.

69) CHENOPODIUM *album*. Lin. Spec. pl. p. 319.

70) ULMUS *campestris*. Lin. Spec. pl. p. 327, vel potius ULMUS *montana*. C. Bauh. Pin. p. 427 e Cel. E. Fries: Mant. III p. 19 et 20, Bot. Notiser 1840 p. 35 et 36, 1844 p. 10, nec non 1845 p. 147; Sum. Veg. Scand. T. I p. 55 et 204.

71) VIBURNUM *Opulus*. Lin. Spec. pl. p. 384.

* Opulus Ruellii. Tournef. Inst. T. I p. 607.

** Cfr. Lin. Am. Acad. T. I p. 108.

72) PARNASSIA *palustris*. Lin. Spec. pl. p. 391.

* "Vulgatissimus fere omnium tam in desertis, quam in Alpibus, est hic flos speciosissimus, amœnissimus et omnes elegantia sua facile superans." Lin. Fl. Lapp. sp. 108 α.

** "*Parnassia* gerit, intra petala, quinque nectaria, in orbem posita, maxime singularia, qualia in nullo alio flore reperire licet, quorum singula constant squama subrotunda, ciliata, dentibus undecim terminatis globo sphærico." Lin. Am. Acad. T. VI p. 275, cfr. Lin. Fl. Lapp. sp. 108 β. — "Plantæ quarum flores Nectariis a petalis separatis gaudent, communiter venenatæ sunt. Tales sunt — — — — *Impatiens*, *Monotropa*, *Parnassia*, *Helleborus*, quæ omnes venenatæ." Lin. Am. Acad. T. I p. 413. — Obs.! "Ad TETRAGYNIAM refero hanc plantam, cum stigmata quatuor distincta sint, licet stylus pistilli nullus. Vbicunque enim stylus deficit, desumitur numerus feminarum a stigmatibus, alias a solo stylo." Lin. Fl. Lapp. sp. 108 γ.

73) DROSERA *rotundifolia*. Lin. Spec. pl. p. 402.

* Ros Solis folio rotundo. Casp. Bauh. Pin. p. 357.

74) DROSERA *longifolia*. Lin. Spec. pl. p. 403.

75) LINUM *catharticum*. Lin. Spec. pl. p. 401.

* "LINI CATHARTICI *Herba* laxans, in *morbis Nephriticis*, *febribus intermittentibus*, ut et in *Hydrope* præstans, Medicorum libris notissima." Lin. Am. Acad. T. IV p. 40 — "Herbæ

siccæ ℥ij in infuso eximie pnrgant." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 271. — "Cathartica vi prædita est; Tertianas curat." Samuel Dale: Pharmacologia, Bremæ 1696, Londini 1705 et Supplementum, Bremæ 1707, pag. 211.

76) CONVALLARIA *majalis.* Lin. Spec. pl. p. 451.

* Casp. Bauh. Pin. p. 304.

** "Pulvis sternutatorius e floribus in Coryza et Epiphora." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 292. — Cfr. Adn. edit. n. 42.

77) E. Synonymis CONVALLARIA *multiflora.* Lin. Spec. pl. p. 452 et Phil. Bot. p. 218; hoc autem loco magis ad CONVALLARIAM *Polygonatum* quam ad C. multifloram spectare videtur Linnæus, ut jam docuit Cel. Th. Fries in Actis Naturæ Scrutatorum Scandinav., Christianiæ 1856, p. 296; cfr. Whlnbg. Fl. Suec. ed. II sp. 365 et 366, nec non Kröningsswärd Flora Dalecarlica pag. 22 et 35.

78) JUNCUS *effusus.* Lin. Spec. pl. p. 464.

79) JUNCUS *filiformis.* Lin. Spec. pl. p. 465. — "Dalekarlis Trinngræs". Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 300.

80) JUNCUS *trifidus.* Lin. Spec. pl. p. 465.

* "Vbique per omnes Alpes nostras vulgatissimus est, et tophosos cæspites constituit." Lin. Fl. Lapp. sp. 119 α.

81) JUNCUS *campestris.* Lin. Spec. pl. p. 468.

* "In Alpibus et syluis primo vere vbique obuius est." — "Vanam omnino esse huius exceptionem a Junco, siue genus istud *Juncoides,* siue *Cyperella* vocetur, facile patet absque demonstratione (Fund. Bot. 165)." Lin. Flora Lapp. sp. 126. Deest tamen in Florula Linnæi Lapponica. — (*Luzula.* De-Candolle. Flore de France ed. 3 Vol. 3 p. 158.)

82) JUNCUS *bufonius.* Lin. Spec. pl. p. 466.

* lege: caliculis.

83) PEPLIS *Portula.* Lin. Spec. pl. p. 474.

* Lapsu calami, ut etiam in Lin. Fl. Lapp. et Suec. pro p. 251, ut in Spec. pl. est doctum.

84) POLYGONUM *Persicaria.* Lin. Spec. pl. p. 518. Refertur quoque in Florula Lapp. p. 51 ad HEXANDRIAM Digyneam, dein in Flora Lapp. p. 45 et Hort. Cliff. p. 42 ad PENTANDRIAM Monogyniam; denique autem in Flor. Suec. ed. I et II et Spec. pl. ed. I et II ad OCTANDRIAM Trigyniam; cfr. Lin. Flora Lapp. sp. 71 γ.: "Sexus partes in hocce genere numero diuerso, in distinctis speciebus, sese offerunt: *Hæc* enim stamina sex et pistilla duo; *Persicaria vrens* dicta, stamina sex et pistillum bifidum; *Persicaria foliis nicotianæ* nota, stamina octo et pistilla

tria sæpius profert. Hinc facile crederem florem vltimæ speciei maxime naturalem esse, confirmante id seminis figura, et summa eius, quoad faciem externam, conuenientia cum Bistorta, Helxine, Polygono in OCTANDRIA Trigynia exhibitis."

85) POLYGONUM *Hydropiper*. Lin. Spec. pl. p. 517. Obs.! vide sub HEXANDRIA Digynia in Hort. Cliff. et sub OCTANDRIA Trigynia in Fl. Suec. et Spec. pl.
* Cfr. Lin. Mat. Med. sp. 187.

86) ANTHERICUM *calyculatum β*. Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 288, cfr. Lin. Flora Lapp. sp. 137 tab. X fig. 3.
* "Statice montana minor. Tourn. Inst. R. H." (p. 341). "Cariophyllus montanus minor. C. B. P." (p. 211) Ol. Rudbeck, Filius: Index pl. præcipuarum in itinere Laponico anno 1695 collectarum, Upsal. 1720, Actis lit. Suec. insertus. p. 100. (Tofjeldia borealis. G. Wahlenberg. Fl. Lapp. sp. 169 p. 89.)

87) TRIGLOCHIN *palustre*. Lin. Spec. pl. ed. II p. 482.
* Triglochi*m* Rivini. Rupp. jen. I (Henr. Bernh. Ruppii Flora Jenensis, edit. J. H. Schutte, Francof. et Lipsiæ 1718) p. 47 e Lin. Flora Lapp.; Triglochi*n* Rivini Rupp. jen. I p. 47 e Act. Holm. 1742 p. 147.
** Gram. junceum spicatum seu triglochi*n*. Casp. Bauh. Pin. p. 6 n. XVI.

88) SCHEUCHZERIA. Lin. Flora Lapp. sp. 133 Tab. X fig. 1, Genera plant. ed. I gen. 301 et Phil. Bot. p. 156 et 173; SCHEUCHZERIA *palustris*. Lin. Spec. pl. p. 482.
* Johannes Scheuchzer: Agrostographia sive Graminum, Juncorum, Cyperorum, Cyperoidum, iisque affinium Historia, Tiguri 1719, pag. 336; Lin. Florula Lapp. p. 51 et Lachesis Lapponica T. I p. 257.

89) RUMEX *crispus*. Lin. Spec. pl. ed. II p. 476 sp. 3 pr. p. "R. crispus. Lin. Fl. Suec. ed. I sp. 292 *α*, ed. II sp. 314 cum diagnosi prioris" (R. crispi), ut etiam "Lin. Flora Lapp. sp. 129 *α*, Hort. Cliff. p. 138, 3 *α*" est R. Hippolathum *α* domesticus e Cel. Prof. El. Friesii Novitiis Fl. Suec. ed. II, Londini Goth. 1828, p. 106; R. aquaticus *β* crispatus Whlnbg. Fl. Lapp. sp. 173 *β* et Fl. Suec. ed. II sp. 402 *β*; R. domesticus Hartm. Fl. Scand. ed. I p. 148, ed. X p. 177 et Bot. Notiser 1841 p. 85, Fries Fl. Scan. p. 126, Mant. III p. 27 et Sum. Veg. Scand. T. I p. 202.

90) RUMEX *aquaticus*. Lin. Spec. pl. p. 479 sp. 14 pr. p.; Fl. Suec. ed. I sp. 292 *β*, Hort. Cliff. p. 138 sp. 3 *β*, Fl. Lapp. sp. 129 *β*.

* Cfr. Lin. Fl. Lapp. sp. 129 δ: "Duas a plerisque distincte traditas plantas (α. β) ut variationes, nec sine ratione sufficienti, exhibeo, locus enim est, qui plantas differentes efficit. In locis enim *aquosis* (β) longe major euadit, foliis maximis, glabris, planis, nitidis; In *siccis* (α) autem minor excrescit, foliis scabris et ad marginem vndulatis"; et Cel. El. Fries. Mant. III p. 24: "Valde errant, qui *R. aquaticum* Linn. in definita quadam specie quærunt; est procul dubio nomen collectivum *R. Hydrolapathi, R. Hippolapathi, R. maximi, R. conspersi* et *R. domestici,* ut jam ex eo facile elucet quod *R. crispum* quoque eidem diu adnumeraverit, omnesque allatæ plantæ speciosæ, minime facile prætervidendæ, in agro Upsaliensi et adjacentibus locis maxime luxurient. Plenam ejus historiam dedimus in *Bot. Not. 1841 n. 7*" (p. 129—136). "*Rumicem aquaticum L. tantum* in una alterave quærere manifeste erroneum est. Fide igitur in Patres servata pietateque simul erga Linnæum id nomen ad *R. Hydrolapathum* translatum volui, non quidem ea ratione, *ut hic solus esset Linnæanus,* sed exemplo Linnæi ductus, qui plures a se antea conjunctas species separans nomen suum speciei semper ad Patrum auctoritatem et naturam congruentem interpretavit. Et Linnæum hunc præcipue in mentem habuisse jam patet ex synonymis omnibusque locis specialibus in Itineribus indicatis, in quibus solus *R. Hydrolapathum* obviam venit. — At primitiva Linnæo *R. aquatici* forma, quæ sola nascitur circa solum natale Linnæanum, quæ in Herbario ejus exstat et a qua definitio sumta est, est forma major, aquatica *R. domestici* Hartm. Hunc igitur nunc Britanni (Smith, Hooker) et Wahlenberg ex opt. part. pro genuino *R. aquatico* haud sine jure dicunt. — Alii denique in *R. Hippolapatho* Patr. quærunt, alii in *R. maximo:* quibus omnibus rite perpensis, necesse mihi videtur *Linnæanum* nomen sensu Linnæano stricte servare, ut nomen collectivum in eorum usum, qui cum Meyero in Chl. Hannov. omnes confluere fingunt; ut tribus valde naturalis, addito *R. crispo,* eis, qui plures species separant, singulamque e Linnæo comprehensam formam definito nomine designare. In reliquis speciebus Linnæanis collectivis, v. c. *Valeriana Locusta, Myosotide scorpioide, Medicagine polymorpha,* formam primariam separare valemus, in *Rumice aquatico* autem minime. In discipulorum Linnæi herbariis promiscue sub *R. aquatici* nomine occurrunt." — Herbarium Linnæi, Londini asservatum, Gen. "464 RUMEX (9) *aquaticus Fl. Suec., 14* (manu propr.; posteaque a Smithio:) *prope Bungay? Mr W— confer.*" (Num. 14, a Linnæo ipso additum, hoc loco, ut

alias in herbario ejus, numeris specierum in Lin. Spec. pl. ed. I respondere docuit Cel. Hartm.) "Folia radicalia quidem desunt, sed laciniæ perigonii fructiferi interiores tam maturæ sunt, ut ratio et forma earum distinctissime videri possint. Sunt enim subnudæ, ovato-oblongæ, pro longitudine angustæ, basi in aliis ovata, in aliis truncata, numquam vero cordata, quamobrem et ob ceteras notas minime dubitamus dicere, specimen heic asservatum omnino eandem esse formam ac *R. Hippolapathum Fr.*, qualem hunc proponit cel. Friesius in Mant. sua 3:tia et Hartm. in Flora sua Scand. ed. 4:ta et 5:ta, nec cum ulla *R. domestici* forma permutandum conjungendumve." Cel. C. Hartm. Jun. in Actis Reg. Acad. Scient. Holm. 1851 p. 239.

** "Abrahamus Muntingius: Herba Britannica antiquorum Amstelodami 1681, 4:to p. 231 tab. plurimis." Lin. Hort. Cliff.; cfr.! RUMEX *aquaticus (Hydrolapathum)* in Cel. Friesii Nov. ed. II pag. 109—111.

*** "Ulcera cachoetica sanat radix interne et externe usurpata, tanquam unicum asylum magnam famam nuper adepta. Pulvis dentifricius e radice egregius est." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 315. "Hæc (Lin. Fl. Suec. ed. I sp. 292 *β*) planta est secretum magnum nostris indigenis (provinciæ Coldinghamensis in Noveboraco Americes) ad *Ulcera Phagedænica;* ad quod Christianis revelandum quocunque pretio allici non potuerunt; sed felici casu detectum. Ego etiam vidi ulcus palati phagedænicum, in quo os palati peresum erat, cum successu inopinato curatum, lavando solummodo ulcus decocto radicis et haustulo ejusdem quotidie exhibito." (Du Codwald. (Cadwallader) Colden: Tractatus de pl. Coldingh., anno 1742, n. 68.) — "Eximia observatio, quæ practicis ansam præbet experiundi, numne in hac radice lateat vis specifica ad ulcera interna, uti phthiseos etc. vel si modo ulcera phagedænica pedum certo tolleret, esset medicamentum, quod in nulla officina pharmaceutica deficeret, et plurium hominum vitam eriperet a præmaturo fato." Lin. Am. Acad. T. I "Addenda ad pag. 143".

91) ALISMA *Plantago.* Lin. Spec. pl. p. 486.

92) TRIENTALIS *europæa.* Lin. Spec. pl. p. 488.

* "In alpibus Dalekarlicis copiosissima." Lin. Fl. Suec. ed. I et II.

** "De vsu et viribus huius plantæ haud vllum authorem mentionem fecisse scio, nec quidquam ex sapore, vel odore, vel adfinitate, vel obseruationibus, de effectu eius determinare queo." Lin. Fl. Lapp. sp. 139 *ζ*.

93) DAPHNE *Mezereum.* Lin. Spec. pl. p. 509.

* "Vidi rusticos in Scania, qui commilitonibus suis per iocum (experimento sane periculoso) exhibuerunt baccam modo vnicam, qua ingesta, incensum œsophagum alter potu cereuisiæ exstinguere tentauit, sed oleum igni adfudit, hinc iis Sörbypeppar et Kællerhals, id est, cellulæ ingluuies, nominatur." Lin. Fl. Lapp. sp. 140 *δ*.

** "Semina eius in cadaueribus abscondita exhibentur a rusticis Sueciæ lupis et vulpibus, quibus adsumtis pereunt sine mora, æque ac a seminibus Strychni." Lin. Fl. Lapp. sp. 140 *β*. "Planta corrosiva: Baccæ sex occidunt Lupum." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 338, cfr. Lin. Am. Acad. T. I p. 364.

*** "Unguento ex cortice et Baccis ulcera cancrosa et Cachoetica tollunt Wermelandæ. It. W—goth. p. 243. Corticem recenter derasum ictui serpentum imponunt nostrates." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 338, cfr. Lin. Mat. Med. sp. 179 et Am. Acad. T. III p. 69.

94) EPILOBIUM *angustifolium.* Lin. Spec. pl. p. 493.

* "Himmelsgräs Dalekarlis." Lin. Fl. Lapp., "Dalekarlis Himmelgräs." Lin. Fl. Suec. ed I et II.

** "Syluas Lapponiæ speciosissima florum suorum purpura pingit planta hæc regia." Lin. Fl. Lapp. sp. 146 *α*.

*** "*Pappum* seminum loco bombycis nuper substituit *Westbeck.*" Lin. Am. Acad. T. I p. 364, cfr. T. V p. 108.

95) EPILOBIUM *montanum.* Lin. Spec. pl. p. 494, Fl. Suec. ed. II sp. 329, Hort. Cliff. p. 145, Flora Lapp. sp. 147; deest autem in Florula Lapponica Linnæi. Et Linnæum, Floram suam Lapponicam conscribentem, præcipue hunc, neque E. origanifolium Rec., ut Cel. Fries, Andersson et Lindblom in Bot. Notiser 1844 voluerunt, in mentem habuisse, jam patet e synonymis a Linnæo ipso allatis et e figura Dodonæi Pempt. p. 85, a Casp. Bauh., Tournef. et Linnæo ipso in Fl. Suec. et Spec. plant. citata. Ambitus quoque Floræ Lapponicæ alia ratione limitavit Linnæus.

* Lysimachia siliquosa glabra major. Casp. Bauh. Pin. p. 245, ut etiam dicitur in Lin. Flor. Lapp., Hort. Cliff., Fl. Suec. et Spec. pl.

96) EPILOBIUM *palustre.* Lin. Spec. pl. ed. II p. 495 sp. 6 *α*. Jam in Florula sua Lapponica, pars prior, (Act. Lit. et Scient. Sveciæ 1732) p. 52 ut duas distinctas formas vel species tradidit Linnæus: Chamænerion angustifolium glabrum T. et Chamænerion angustifolium alpinum, flore purpureo Tourn.; asterisco etiam, quo ad plantas solas Lapponicas significandas in hoc libello utebatur, notavit, posteriorem esse herbam

in Lapponia indigenam. Hoc synonymon deinde in Flora Lapp. ad spec. 148 et illud ad spec. 149 retulit Linnæus. Cfr. præterea Whlnbg. Fl. Lapp. sp. 180, Cell. E. Fries et Andersson Bot. Not. 1844 p. 13 et 156.

97) ERICA *vulgaris*. Lin. Spec. pl. p. 501.

98) VACCINIUM *uliginosum*. Lin. Spec. pl. p. 499.

99) VACCINIUM *Myrtillus*. Lin. Spec. pl. p. 498.

100) VACCINIUM *Vitis idæa*. Lin. Spec. pl. p. 500.

101) VACCINIUM *Oxycoccos*. Lin. Spec. pl. p. 500; cfr. Cel. El. Fries: Bot. Notiser 1840 p. 37.

* "Oxycoccus sive Vaccinia palustris. J. B. (Joh. Bauhini Hist.) I 227" Tournef. Inst. T. I p. 655.

** "Ardentium febrium calorem, atque in his sitim, mulcent, bilis ardorem reprimunt, vomitum sistunt: ciborum appetentiam, per biliosos corruptosque humores deiectam, restaurant, pestilentibus morbis aduersantur." Dodonæi Pempt. p. 771. Obs.! *V. Oxycoccos* non recepta est in Lin. Mat. Med. ed. I, cujus ad speciem 186 in Fl. Suec. ed. II et in Spec. plant. ed. I et II perperam delegavit Linnæus.

102) ACER *Platanoides*. Lin. Spec. pl. ed. II p. 1496. In Lin. Gen. pl. ed. I et II, Hort. Cliff. et Fl. Suec. ed. I ad OCTANDR. Monogyniam, primum in Spec. pl. ed. I p. 1055 ad POLYGAM. Monoeciam, refertur hæc arbor, quum eandem observationem jam in Gen. pl. et II sub gen. 370 invenias, quam deinde in Gen. pl. ed. V et VI, ut caussam transmutationis, iteraverit Linnæus: "Ad primam explicationem floris Stigmo modo apparet, deinde aliquot post dies Stylus. Flores in eadem umbella Hermaphroditi, sæpe duplicis generis: inferiores Hermaphroditi feminei, quorum antheræ non dehiscunt, sed pistillum mox in fructum excrescit; superiores Hermaphroditi masculi, quorum antheræ farinam (pollinem) pluunt, pistilla vero non accrescunt, sed decidunt."

* Abrah. Muntingius:. Descriptio vegetabilium (Historia belgica), Lugdbat. 1696, 57 t. 57 e. Lin. Fl. Suec. ed. I et II, Hort. Cliff. p. 143. 2, ubi "bona" adaddita est.

** "*Vere* sauciata aquam stillat, ex qua saccharum præparari potest." Lin. Am. Acad. T. I p. 364. "ACER *Platanoides, primo vere* sub frigidis noctibus et calidis diebus vulneratum, lacrymam stillat, Betulæ in modum, quæ lento igne cocta et inspissata præbet saccharum candidum, instar sacchari officinarum." Lin. Am. Ac. T. III p. 85. "Nobilis hæc arbor est ad ambulacra et sepes vivas ob tonsilitatem: minime tamen tonderi debet hieme, quo

tempore lacrymas stillat, quæ saccharum dant. Lin. Am. Ac. T. V p. 189, cfr. Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 924.

103) POLYGONUM *viviparum.* Lin. Spec. pl. p. 516.

* "Ad latera Alpium lapponicarum legi hanc plantam duabus spithamis longiorem, quæ alias longitudinem pollicis vix excedit. Tanta hic præstat fertilitas soli"! Lin. Fl. Lapp. sp. 152 β.

** "In syluis et Alpibus vbique vulgaris est." — "Nulli fructus veri floribus succedunt, sed inferioribus bulbilli, superioribus nulli omnino. Bulbos hos non semel vidimus in ipsa planta exseruisse foliolum ouatum paruum, quales depingit Tournefortius in Instit. (Tom. III), Tab. 291 figura GHI, ut hæc variatio vere *viuipara* dici possit." Lin. Fl. Lapp. sp. 152 α et γ.

104) POLYGONUM *aviculare.* Lin. Spec. pl. p. 519.

* "Mire variat hæc species quoad figuram foliorum, e quibus variationibus tot species confectæ sunt." Lin. Lapp. sp. 153 ζ.

105) POLYGONUM *Convolvulus.* Lin. Spec. pl. p. 522.

106) SAGINA *procumbens.* Lin. Spec. pl. p. 185. In Florula Lapp. p. 52, Flora Lapp. sp. 157 et Gen. plant. ed. I, hanc plantam, ut heic, ad OCTANDRIAM, in Gen. plant. ed. II autem ceterisque in operibus suis ad TETRANDRIAM refert Linnæus.

** Floda et Gagnef, parociæ in Dalecarlia.

107) POTAMOGETON *natans.* Lin. Spec. pl. p. 182.

108) POTAMOGETON *perfoliatum.* Lin. Spec. pl. p. 182. Etiam in Florula Lapp. p. 52 hanc speciem et antecedentem OCTANDRIÆ, in Flora Lapp., Gen. pl. ed. I reliquisque operibus TETRANDRIÆ adnumeravit Linnæus.

* P. rotundifolium alterum. Loes. Fl. pruss. (Johannis Loeselii Flora prussica Regiom. 1703, quam editionem auctiorem curavit Gottschedius) 205 t. 65 e Lin. Florula Lapp., Flora Lapp., Fl. Suec. et Spec. plant; P. perfoliatum. Raj. Syn. angl. 3 p. 149 et Hist. p. 188 e Lin. Flora Lapp. et Suec.

109) PARIS *quadrifolia.* Lin. Spec. pl. p. 526.

* Crederem lapsu calami pro "Uva versa" Dorst. botan. 304, e Lin. Fl. Suec. ed. I et II; cfr. Joh. Franckenii Speculum Botanicum Renovatum, Upsaliæ 1659, pag. 1. — "Uvæ versæ s. vulpinæ." Pharmacopæa universalis, 4:te Aufl. Weimar 1846, Band. II p. 393.

** Cephaëlis Ipecacuanha. Willd. in Berl. Jahrb. f. Pharm. e Cel. R. F. Fristedt: Organisk Pharmacologi, Stockholm 1872, p. 43. =? URAGOGA. Lin. Gen. plant. ed. I gen. 934; OURAGOGA. Lin. Hort. Cliff. p. 486; LONICERA. Lin. Mat. Med. ed. I sp. 69. Herba paris brasiliana polycoccos. Raj.

hist. p. 669 e Lin. Hort. Cliff. et Dale Suppl. Pharmcol. p. 137, cfr. Pharmacopoea Wirtenbergica, Stutgardiæ 1754, pars prior p. 31.

*** "Nec vnicus memorat pharmacopœus, duplam huius dosin idem præstare, quod Ippecacuanha in excitando vomitu." Lin. Fl. Lapp. sp. 155 γ.

110) LEDUM *palustre.* Lin. Spec. pl. p. 561.

* "Spiræa odorata Rivini. Erndt. vars." e Lin. Flora Lapp. et "Spiræa odorata rivini. Erndt. vars. 175 e Lin. Fl. Suec. ed. I. (Die Pflanzenverzeichnisse und Floren Karlsbads und der Gegend von Seidlitz von Chr. Heinr. Erndtel (1823); vide G. W. Bischoff: Lehrbuch der Botanik, Stuttgart 1839, II 2 p. 480; Chr. H. Erndtelius: Fl. Warsov. 1730 e Lin. Am. Acad. T. V p. 279.)

** Casp. Bauh. Pin. p. 467.

*** "Dalekarli superiores interdum hac planta, loco Humuli, vtuntur, sed crapulas vehementissimas infert cum temulentia summa et insequenti cæphalalgia dificillima." Lin. Flora Lapp. sp. 160 γ, cfr. Lin. Am. Acad. T. I p. 366, T. V. p. 225.

111) ANDROMEDA *Polifolia.* Lin. Spec. pl. p. 564.

* "*Andromeda,* virgo hæc lectissima pulcherrimaque collo superbit alto et viuidissimo *(Pedunculus),* cuius facies roseis suis labellis *(corolla)* vel optimum veneris fucum longe superat; juncea hæc in genua proiecta pedibus alligata *(caulis inferior incumbens),* aqua *(vernali)* cincta, rupi *(monticulo)* adfixa, horridis Draconibus *(amphibiis)* exposita, terram versus inclinat mœstam faciem *(Florem),* innocentissimaque brachia *(ramos)* cælum versus erigit, meliori sede fatoque dignissima, donec gratissimus Perseus *(æstas)* monstris deuictis, eam ex aqua eduxit e virgine factam fœcundam matrem, quæ tum faciem *(fructum)* erectam extollit. Si Ouidio fabulam de Andromeda conscribenti hæc ante oculos posita fuisset planta, vix melius qudrarent attributa, qui more poëtico ex humili tumulo produxisset olympum." Lin. Flora Lapp. sp. 163 δ. Tab. I fig. 2. — "LINNÆUS var mäst altid lycklig i de nya nomina generica, som han gaf örter. Under Lappska resan, förekom Polyfolia Buxbaumii, som andre fört til Ledum eller Erica, och borde, efter de lagar han redan för sig stiftat, få nytt namn, derom han anteknar i sin dagbok vid d. 8 Maj", (gamla eller nya stilen?) "följande: "Nu stod Polyfolia Bux-"baumii i sin största fägring och prydde kärren förträffeligen. "Hon är blodröd innan hon utspricker. Ingen målare kan "sätta så behagelig hy på en Jungfrus kinder, intet smink för-

"mår så uphöja dem. Jag tyckte mig se Poeternas Andro-
"meda, likasom med lutande hufvud. Hon står mitt i vatt-
"net på en tufva, uti de otilgängeliga kärren, omgifven af
"styggа paddor och grodor, som om våren vid parningen blåsa
"vatten öfver henne. Nu var hon brud, men snart blifva
"hennes rosenkinder lif-färgade och blekna mer och mer, när hon
"utspricker, och det befruktande stoftet hinner upfylla Naturens
"föremål. Jag kallade henne Andromeda." Arch. Abr. Bäcks
Åminnelsetal öfver C. von Linné, hållet inför Kgl. Vetenskaps-Academien d. 5 Dec. 1778 pag. 61, noten.

Obs.! Si cum his verbis verba Linnæi conferas in Lachesi Lapponica, Londini 1811, quæ quidem translatio ex observationibus, quas Linnæus in itinere Lapponico per dies propria manu describebat, habenda sit vera, Chamædaphne (ANDROMEDAM *polifoliam* Lin.) pridie Idus Junias inventam reperies, Tom. I p. 188, ubi etiam legere potes adumbrationem plenius expressam et hauriendo a Lin. Fl. Lapp. locupletiorem factam illa supra relata, quam Arch. Abr. Bäck debemus. Numne ex hac dissimilitudine concludendum sit, Linnæum eximia industria atque cupiditate cum amicissimis communicandi ductum, aliam quoque editionem hujus "Itineris" composuisse? Si ita se res haberet, in maxima tamen ignoratione adhuc versamur, ubi iste thesaurus literæ nostris temporibus in oblivione jaceat; — in Suecia??

112) ANDROMEDA *cærulea.* Lin. Spec. pl. p. 563.

* descript. vide Lin. Flora Lapp. sp. 164 β, γ et Tab. I fig. 5, nec non Lachesis Lapp. T. I p. 272.

113) ARBUTUS *Uva ursi.* Lin. Spec. pl. p. 566.

* "*Folia* colliguntur cum ramulis a septentrionalibus nostris in magna copia, Holmiamque mittuntur, vbi a coriariis emuntur, quibus tanquam Rhus inseruit." Lin. Fl. Lapp. sp. 162 γ, cfr. Lin. Am. Acad. T. I p. 408 et Lachesis Lapp. T. I p. 250.

114) ARBUTUS *alpina.* Lin. Spec. pl. p. 566.

* "*Fiællbær* Dalekarlis i. e. Baccæ alpinæ κατ' ἐξοχήν. Per omnes Alpes lapponicas in Dalekarlia ab apice earum vsque ad basin circa mare album vix alia exstat vulgatior, præsertim in locis sabulosis siccissimisque." — "Baccas Lappones vilipendunt." Lin. Fl. Lapp. sp. 161 α et ζ. — "Baccæ atræ, globosæ, insidentes calyci minimo sanguineo. Sapor Ribeos nigri, sed magis fatuus, vix Lapponibus gratus." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 359.

115) PYROLA *rotundifolia.* Lin. Spec. pl. p. 567.

116) PYROLA *uniflora.* Lin. Spec. pl. p. 568.

117) PYROLA *secunda*. Lin. Spec. pl. p. 567.

* recte! Casp. Bauh. Pin. p. 191, ut etiam in Lin. Flor. Lapp., sed perperam p. 181, ut in Lin. Fl. Suec. ed. I et II, nec non Spec. plant. ed. I et II.

** "Resiccat manifeste Pyrola, et euidenter adstringit, atque vna refrigerat. Miscetur potionibus, quæ sanguinem profluentem sistunt et vulnerum recentium inflammationem arcent, curationemque promouent. Huius ex vino decoctum ad thoracis et internorum viscerum vulnera solidanda commendatur." Dodonæi Pempt. p. 138. — "Refrigerat et siccat, adstringit, consolidat, Vulneraria est, usu interno et externo celeberrima. Schrod." Dale Pharmacol. p. 333, cfr. Lin. Mat. sp. 212 (P. rotundifolia).

118) GERANIUM *sylvaticum*. Lin. Spec. pl. p. 954.

119) GERANIUM *circutarium*. Lin. Spec. pl. p. 951.

120) GERANIUM *robertianum*. Lin. Spee. pl. p. 955.

* Geranium Robertianum primum var. rubens. C. Bauh. Pin. p. 319. Obs.! Species Gèranii etiam in Florula sua Lapponica p. 53 Cl. DECANDRIÆ adnumeravit Linnæus, quam sententiam in eodem libello pag. 59 his verbis ultra confirmat: "Monadelp*ha:* Plantas huius classis nullas per Lapponias observavimus." Flora autem Lapponica, nec non Gen. pl. ed, I, jam docent, judicia ejus de his plantis, ut de pluribus aliis, brevi tempore intermisso esse mutata.

121) SCLERANTHUS *annuus*. Lin. Spec. pl. p. 580.

* "Knawel. Dod. pempt. 115. Dill. giss. 87. Boerh. lugdb. 2 p. 93. Raj. syn. 159; Knawel folio et flore viridi. Rupp. jen. 76; Polygonum germanicum vel Knawel germanorum. Raj. hist. 213; Polygonum, germanis Knawel. Moris. hist. 2 p. 594 s. 5 t. 29 f. 6" e Lin. Hort. Cliff. "Knafwel Dod. pempt. 115 folio et flore viridi. Rupp. jen. 85" e Lin. Fl. Suec. ed. I et II; sed "Germani *Knäwel* appellant" Dodonæi Pempt. p. 115, cfr. Lin. Hort. Cliff. p. 166: "Knawel verbum est barbarum, mihi maxime paradoxum, dicunt alii Belgicum, alii Germanicum esse, attamen ego nec in Germania nec in Belgio sciscitare potuerim, quid sibi vellet, nec alterutra natio hoc agnoscere voluit. Quæsivi quondam ab incomparabili isto Philologo Ol: Rudbeckio radicem vocis, qui regessit se nescire, nisi fractum fuisset a Gnaphalio, cum quo ex sono et literis radicalibus conveniret. Dodonæus in editione latina non Knawel sed Knåwel seu Knæwel scribit. Knåwel est verbum suecum et in inferioribus Sueciæ provinciis inter vulgum frequens, idemque sonat ac Diäwel, mutata modo dialecto, et Diabolum significat, hinc suspicio mihi oritur, quod aliquis pe-

regrinans Suecus per jocum dixerit plantam sic vocari in patria, et originis ignarus alter severe hoc assumserit Botanicus aliquis. Cum mihi non placeat Knåwel, dixi plantam Scleranthum seu florem cinereum vel incanum a colore florum singulari, et paucis plantis communi."

122) An non DIANTHUS *deltoides.* Lin. Spec. pl. p. 588? cfr. Cel. Whlnbg. Fl. Suec. ed. I et II sp. 480.

123) SAXIFRAGA *stellaris.* Lin. Spec. pl. p. 572.

* "in alpibus Dalekarlicis ad rivulos." Lin. Fl. Suec. ed. I et II.

124) SAXIFRAGA *aizoides.* Lin. Spec. pl. p. 576.

* Tournefortius in Inst. Rei Herb. T. I pag. 252 huic subjecit: "Saxifraga angustifolia, autumnalis, flore luteo, guttato, foliolis florum magis acuminata. Breyn. Cent. I 106", quod synonymon Linnæus ipse in Spec. pl. ed. I p. 402 et ed. II p. 575 adhibet sub S. autumnale. Hæc autem forma e Flora Danica Fasc. II p. 4 tab. 72 potius varietas, fortasse aurantia, S. aizoidis, quam specie distincta esse videtur. Obs.! "In alpibus Dalekarlicis frequens." Lin. Fl. Suec. ed. I et II. Post tempora Linnæi nondum reperta. Cfr. Cel. Th. Fries l. c. pag. 298.

125) ALSINE *media.* Lin. Spec. pl. ed. II p. 389 sub PENTANDRIA, ut etiam Spec. pl. ed. I p. 272, nec non Fl. Suec. ed. II sp. 267, quum Linnæus ipse in Flor. sua Suec. ed. I sp. 369 observationem dedisset: "Quidam in floribus hujus stamina 5 numerarunt, cum filamenta facile cadant; examinent adhuc eandem media æstate et videbunt decem."; cfr. Lin. Gen. pl. ed. I n. 373 et ed. II n. 445, sub DECANDRIA TRIGYNIA. Obs.: "Quædam species luxuriat *Stylis* quinque, alia *Filamenta* facillime dejicit, ut vix enumerari queant."

* lege Casp. Bauh. Pin. p. 250.

** "Dalecarlis wattarf." Lin. Fl. Suec. ed. II.

*** "Fringillis canoris reliquisque passeribus gratus cibus, uti et pullis gallinaceis." Lin. Fl. Suec. ed. II.

126) STELLARIA *graminea.* Lin. Spec. pl. p. 604.

127) ARENARIA *rubra.* Lin. Spec. pl. p. 606.

128) CUCUBALUS *Behen.* Lin. Spec. pl. p. 591.

* cfr. Lin. Fl. Suec. ed. I sp. 360 et ed. II sp. 385.

129) SILENE *rupestris.* Lin. Spec. pl. p. 602.

* cfr. Lin. Fl. Suec. ed. I sp. 367 et ed. II sp. 390.

130) AGROSTEMMA *Githago.* Lin. Spec. pl. p. 624.

Obs.! "LYCHNIS *alpina*" "in monte alpino Skrollstädet Dalekarliæ." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 410, cfr. Lin. Fl. Lapp. sp. 185, nec non Lachesis Lapp. T. I p. 302 et T. II p. 19.

131) SPERGULA *arvensis*. Lin. Spec. pl. p. 630.

* "In Finmarkia Noruegica iuxta Alpes non raro vnica nocte, vento ex Alpibus spirante gelido, media licet æstate, destruitur læta seges, tum hæc planta mire luxuriat, colligitur itaque, et semina huius cum pauca quantitate cerealium mixta puluerisantur sub lapide molari et e farina conficitur panis nigricans quidem, sed gratus, vt ipsi nobis multoties retulerunt." Lin. Flora Lapp. sp. 190 β. "Accolæ maris septentrionalis, in Finmarkia Norvegica, destructa segete, ubi hæc planta luxuriat, herbam secant, et colligunt semina pro pane vicario conficiendo." Lin. Am. Acad. T. III p. 87, cfr. Lin. Lachesis Lapp. T. I p. 353.

132) CERASTIUM *viscosum*. Lin. Spec. pl. ed. II p. 627 e synonymis; sed CERASTIUM *vulgatum*. Löfling It. Hisp. p. 143 sp. 29 (perperam n. 43, ut in Cel. Prof. E. Friesii Nov. Fl. Suec. est dictum), Curtis Lond. 2 t. 34 (e Cel. Friesio); cfr. Lin. Florula Lapp. p. 54, Flora Lapp. sp. 193, Fl. Suec. ed. I sp. 379 et ed. II sp. 414 et 415, "Annotationes de plantis Scandinavicis Herbarii Linnæani, in Musæo Societ. Linnæanæ Londin. asservati", auctore C. Hartman J:r in Act. Reg. Acad. Scient. Holm. (1849 et) 1851 p. 249 et 250, Cel. E. Friesii Nov. Fl. Suec. ed. II pag. 125—130.

133) CERASTIUM *alpinum*. Lin. Spec. pl. p. 628.

* In alpibus ubique C. Bauhini est pubescens (foliis villosis), sed nostrum glabrum (fol. omnino glabris et fere nitidis). Duas variationes vel species in Florula sua Lapponica, Actis Lit. et Scient. a. 1732 (non 1735, ut dictur in Lin. Fl. Suec. ed. I et II sub hac specie) inserta, p. 45 distinxit Linnæus: "Myosotis alpina latifolia Tourn." et "Cerastium foliis lanceolatis glabris Nob." Tournefortius autem in Inst. Rei Herb. T. I p. 244 ut synonymon adscripsit: "Caryophyllus holostius, Alpinus, latifolius. C. B. Pin. 210. Prodr. 104." Linnæus ipse synonyma et Bauhini et Tournefortii refert ad Cerastium (alpinum) α in Flora sua Lapp. sp. 192 α et Fl. Suec. ed. I sp. 380 α; sed Bauhini solum in Fl. Suec. ed. II ad sp. 418 α. In Spec. plant. ed. I, ante Fl. Suec. ed. II editis, p. 439 C. latifolio subjungit Linnæus hoc. Casp. Bauhini synonymon, quod in Flora Danica Fasc. I p. 1 tab. 6 ad C. alpinum Lin. adhihet Cel. Chr. G. Oederus; sed in Spec. plant. ed. II p. 628 sub C. alpino synonymon Bauhini primum Oedero, deinde p. 629 sub C. latifolio Bauhino ipso tribuit ille. Differentia vero specifica inter has species ex subdivisione generis CERASTII, in Spec. plant. a Linnæo adhibita, "capsulis oblongis" et "capsulis subrotun-

dis" pendere videtur, nec non e Casp. Bauh. Prodromo p. 104, ubi descriptionem ejus invenies; sed ibi legitur: "capitulum oblongum, semen, continens". Potius igitur sequamur judicium Linnæi, in Flora Lapp. et Suec. exhibitum, ut etiam verba ejus in hoc opusculo supra addita. Confer præ ceteris Lin. Fl. Lapp. sp. 192 δ; Fl. Suec. ed. II sp. 418: "variat foliis pubescentibus et omnino glabris, ut facile fallat Legentem"; Whlnbg Fl. Lapp. sp. 246, nec non Cel. E. Friesii Nov. Fl. Suec. ed. II p. 123: "Non tantum quoad vestitum variat C. alpinum, sed ut statura, foliis ovalibus, ellipticis, lanceolatis, acutis et obtusis e. s. p."

134) OXALIS *Acetosella.* Lin. Spec. pl. p. 620.

* Casp. Bauh. Pin. p. 330.

** "Ut sapore ita et viribus cum Acetosa convenit, ideoque æstum febrilem mitigat, sitim sedat et Ventriculi ardores; Jecur refrigerat et Cor roborat. Raji Hist. p. 1098" e Dale Pharmacologia p. 312; cfr. Pharmacopæa Wirternb. T. I p. 20.

135) EUPHORBIA *helioscopia.* Lin. Spec. pl. p. 658.

* "Succus corrosivus exulcerans instar cantharidum, verrucas, Clavos, Odontalgiam tollit." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 425.

** "*Euphorbia* et præsertim Cataputia usi sunt veteres inter sua purgantia, sed quum ab ejus usu periisset Bot. Prof. Gvilandinus, in posterum omnino cessavit internus illius usus. Inter recentiores Listerus sæpius hoc adhibuit in Hydrope, ubi eundem præbet effectum, ac interna quædam Paracenthesis, quo quosdam a malo liberavit, sed plerique inde curati, recidivam incurrebant, et peribant. Cessavit itaque internus usus hujus Medicamenti apud hodiernos Medicos, nec immerito." Lin. Am. Acad. T. III p. 130. Obs.! Vide sub POLYANDRIA MONOGYNIA in Lin. Gen. pl. ed. I et II, Flora Lapp., Hort. Cliff., Fl. Suec. ed. I et Mat. Med. ed. I.

136) THALICTRUM *flavum.* Lin. Spec. pl. p. 770.

* "Radix optimum Rhabarbari substitutum esse creditur." Dale, Pharmacol. Suppl. p. 91.

137) THALICTRUM *simplex.* Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 490, Mant. p. 78, teste Cel. El. Friesio in Mant. sua III p. 46: "Thal. minus Linnæo primitivum erat *Th. simplex.*" Synonymon tamen Bauhini ad Th. minus Lin. Spec. pl. et Rec. potius spectare videtur, quum hæc cum figura Dodonæi Pempt. p. 58, et a Bauhino ipso et deinde a Linnæo huc citata, melius congruat. In Dalecarlia autem numquam reperta est Th. minus Lin. Sp. pl.

138) THALICTRUM *alpinum.* Lin. Spec. pl. p. 767.

* Jam in Florula Lapponica Linnæi p. 56 sub POLYANDRIA POLYGYNEA: "Th. minimum, montanum, atrorubens foliis splendentibus. Boerh." (lugd I p. 44 t. 44, e Lin. Flora Lapp. et Hort. Cliff.)

** "Planta hæc pusilla et tenella natales suos debet solis Alpibus." Lin. Flora Lapp. sp. 225 *α*. Obs.! "Genus hocce variat numero et figura. Stamina in aliis duodecim tantum, cum totidem pistillis." Lin. Gen. pl. ed. I et II; "Numerus staminum et pistillorum in diversis diversus est." Lin. Gen. pl. ed. V et VI; his autem in omnibus operibus sub POLYANDRIA.

139) TILIA *europœa.* Lin. Spec. pl. p. 733 = TILIA *parvifolia.* Ehrh. Beitr. T. 5. p. 159 e Cel. El. Friesii Mant. III p. 200; lege præterea: Tilia fœmina folio minore. Casp. Bauh. Pin. p. 426, cfr. O. Fr. Müllerus Flora Danica Fasc. X p. 4 tab. 553. Vide sub POLYANDRIA jam in Lin. Gen. plant. ed. I.

* "Et besynnerligt Löfträd sågs wid Gulleråsen. Stammen war ganska tjock, qwistarne hade twå slags löf, det ena nog likt Linnträds löf, det andra, som wäxer strax bredewid war mera likt Kjersbärs- Sälk- eller Wide-löf; emellan deße bägge, som framspricka utur en knopp, är et litet rödt bär, stort som en Kjersbärs-sten. Herr Arch. och Ridd. Linnæus nämner detta i Flora Svec." (ed. II spec.) "471 såsom et rart Linnträd. (Rara ad Gullerås by Rättvici.)" Dagbok öfwer en Resa igenom de under Stora Kopparbergs Höfdingedöme lydande Lähn och Dalarne år 1757, af Abr. Abrah:son Hülphers, Wästerås 1762, pag. 146.

140) PRUNUS *Padus.* Lin. Spec. pl. p. 677.

* Cfr. Lin. Fl. Lapp. sp. 198 *α* et *β*.

141) RIBES *alpinum.* Lin. Spec. pl. p. 291. Joh. Bauh. Hist. 2 p. 95, ut etiam in Lin. Flora Lapp. est dictum, sed. p. 98 e Lin. Hort. Cliff., Fl. Suec. ed. I et II, nec non Spec. pl. ed. I et II.

142) RIBES *rubrum.* Lin. Spec. pl. p. 290.

Obs.! Genus Ribes in Florula sua Lapp. p. 50, ut etiam in Flora Lapp. p. 64—66, Gen. pl. ed. I et Hort. Cliff. ad PENTANDRIAM DIGYNIAM refert Linnæus, in reliquis suis operibus ad MONOGYNIAM Class. PENTANDRIÆ. In Flora sua Lapponica p. 66 dixit ipse: "Genus hoc, excepto numero, quoad partes floris omnes, nec non faciem externam, conuenit cum Icosandriis, animus itaque fuit omnium primo ad Icosandriam referre omnes flores, vbi stamina calici inserta sunt, absque vllo respectu numeri habito, nisi

postea obseruassem aliquot genera, quæ secundum istam legem ad Icosandriam trahi debuissent, nec tamen ad naturalem istam classem a natura ipsa referuntur; ideoque ad Icosandriam staminibus pluribus gaudentes flores referendos decreui"; nec non in Gen. plant. ed. I sub. gen. 195: "Omnibus partibus fructificationis cum Icosandriis convenit, excepto numero staminum, qui si latius sumeretur, eo referri tamen posset."

143) SORBUS *aucuparia.* Lin. Spec. pl. p. 683.

144) SIBBALDIA *procumbens.* Lin. Spec. pl. p. 406.

* Raj. Syn. Angl. 3 p. 256 e Lin. Flora Lapp. et Svec. ed. I et II. Obs.! 1. Vide sub PENTANDRIA jam in Florula Linnæi Lapp. et Gen. pl. ed. 1. — "Ad plantas in Icosandria Polygynia traditas proxime omnino accedit, excepto solo numero staminum et pistillorum. *Stylus* etiam in hac *e* medio *latere germinis,* non vero ex apice, prodit, quod singulare est, et adfinibus commune. ex. gr. Rosæ, Rubo, Fragariæ, Comaro, Tormentillæ, Potentillæ, Geo, Dryadi, Alchemillæ, et Aphanæ; debent itaque hæc ordine naturali nunquam distingui." — "Et re vera aut sub eodem genere tradi Fragaria, Potentilla, Tormentilla, Comarum, Geum, Dryas et hæc, aut totidem distincta constitui debent." Lin. Flora Lapp. sp. 111. — "Maxima inter Potentillam, Tormentillam, Comarum, Fragariam, Geum, Dryadem, et hanc est affinitas. Si autem reliqua distincta sint genera, uti extra contraversiam positum videtur, multo magis hoc erit." Lin. Gen. pl. ed. I gen. 256. — Obs.! 2. *Jussiea.* Linnæus in Lachesis Lapponica T. I p. 284. Sibaldia in Lin. Flora Lapp., Gen. pl. ed. I et II, uti etiam in Indice Lin. Crit. Bot.; sed Sibbaldia in Lin. Crit. Bot. p. 94, Phil. Bot. pp. 31, 74, 157 et 173, Fl. Suec. ed. I reliquisque in operibus Linnæi. — "Characterem noui huius generis dedi in C. G. 256" (Genera plant. ed. I gen. 256), "idque dixi a Rob. *Sibbaldo,* qui est ex primis, quorum industriæ huius speciei adumbrationem debemus. (Fragariæ syluestri affinis planta, flore luteo. Sibb. Scot. II p. 25 t. 6 f. 1.)". Lin. Flora Lapp. —

** "Est planta mere alpina, in Alpibus nostris admodum frequens." Lin. Fl. Lapp. — In monte Salfjället Dalecarl. anno 1859 denuo inventam benigne communicavit Dr. Phil. P. Olsson; cfr. Act. Nat. Scrutat., Christianiæ 1856, p. 298.

145) ROSA *canina.* Lin. Spec. pl. p. 704.

* Casp. Bauh. Pin. p. 483: "Rosa syl. vulgaris flore odorato incarnato."

** "E petalis destillatur aqua suaveolens, cujus usus etiam in cibariis varius est." Lin. Am. Acad. T. III p. 89.

146) ROSA *cinnamomea.* Lin. Spec. pl. ed. II p. 703 (non p. 700, uti dicitur in Cel. El. Friesii Nov. Fl. Suec. ed. II p. 154 et deinde in N. J. Scheutzii Monographia Rosæ, Wexioniæ 1872, p. 42.)

147) RUBUS *idæus.* Lin. Spec. pl. p. 706.

* "Fallbär: Hedemora etc.; Fållbär: Orsa, Elfd.; Binnbär: Lima." Kröningsswärd Fl. Dalecarl. p. 59.

148) RUBUS *saxatilis.* Lin. Spec. pl. p. 708.

149) RUBUS *arcticus.* Lin. Spec. pl. p. 708.

* Sub præsidio D:ni Olavi Rudbeckii Fil. modeste submittit Dan. Kellander, Upsaliæ 1716.

** "In Dalekarlia ad urbem Fahlunam sponte hanc nascentem detexit Clariss. D. *Joh. Browallius* (Philosoph. Doct. et naturalium rerum scrutator ingeniosissimus) non longe ab urbe. In itinere Dalekarlico ad templum Elfdahliæ eam reperimus." Lin. Fl. Lapp. sp. 207 *α*.

*** Confici curant Magnates per Norlandiam e baccis Syrupum, Gelatinam, vinum Rubeatum, etc. quæ partim ab illis consumuntur, partim Holmiam ad amicos mittuntur, tanquam bellaria suauissima, rarissimaque; et sane inter omnes baccas Sueciæ syluestres videntur hæ tenere primas." Lin. Fl. Lapp. sp 207 *λ*; cfr. "BACCÆ NORLANDICÆ refrigerantes et simul cordiales sine pari, "in febribus putridis eximiæ, nobis propriæ." Lin. Am. Acad. T. IV p. 37; "Åker-bär (Rub. Fl. 448) finnas här på skogen", emellan Idre och Särna, "så wäl som på flere ställen i Dalarne, och kallas Bytt-bär, men mäst i Norrland och Westerbotn." Hülphers Dagbok p. 242; "Åbär: Norrberke; Byttbär: Särna och Idre." Kröningsswärd Fl. Dalecarl. p. 59.

150) RUBUS *Chamæmorus.* Lin. Spec. pl. p. 708.

* cfr. Fragaria vesca. "Jolbär" in Idre et Särna sec. Hülpheri "Dagbok" p. 234 et Kröningsswärd Flora Dalecarl. p. 59.

** "Dani maxime, ne dicam nimium, euehunt vires baccarum in Scorbuto, quarum tamen effectus minus innotuit inquilinis, quam exteris. Sim. Paulli, Chamæmoris ad satietatem commestis scorbutici in Noruegia pene deplorati, feliciter sanantur. Th. Bartholinus med. domest. 30. Noruegia Chamæmorum suam habet antiscorbuticam, supraque medicorum spem et exspectationem positam, quæ cruda, condita, in spiritum attenuata, palato pariter ac torpidæ scorbuticorum affectioni inseruit, nostrisque pro panacea probatur. etc. vide eundem p. 106." Lin. Fl. Lapp. sp. 208 *ϑ*.

151) FRAGARIA *vesca.* Lin. Spec. pl. p. 708.

152) POTENTILLA *norvegica.* Lin. Spec. pl. p. 715.
153) POTENTILLA *verna.* Lin. Spec. pl. p. 712.
154) POTENTILLA *Anserina.* Lin. Spec. pl. p. 710.
 * Tournef. Inst. T. I p. 298.
155) POTENTILLA *argentea.* Lin. Spec. pl. p. 712.
156) TORMENTILLA *erecta.* Lin. Spec. pl. p. 716.
 * Lin. Mat. Med. sp. 248; Dodonæi Pempt. p. 118: "Tormentillæ radix est potenter adstringens et ex eorum, quæ tertii sunt ordinis, numero"; et Dale Pharmacologia p. 230: "Radix siccat et astringit; hinc in fluxionibus quibuscunque alvi, uteri etc. exhibetur, præterea diaphoretica est et alexipharmaca. Raj. Hist. p. 618"; cfr. Lin. Lachesis Lapp. T. I p. 170.
157) COMARUM *palustre.* Lin. Spec. pl. p. 718.
 * Pentaphyllon vel potius Heptaphyllum flore rubro. Joh. Bauh. Hist. 2 p. 398 e Tournef. Inst. T. I p. 298.
 ** lege: C. Bauh. Pin. p. 326.
158) GEUM *rivale.* Lin. Spec. pl. p. 717.
159) CHELIDONIUM *majus.* Lin. Spec. pl. p. 723.
 * cfr. Lin. Mat. Med. ed. I sp. 258 et Dale Pharmacol. p. 277.
160) NYMPHÆA *lutea.* Lin. Spec. pl. p. 729.
161) NYMPHÆA *alba.* Lin. Spec. pl. p. 729.
 * cfr. Lin. Mat. Med. sp. 252 et Dale Pharmacol. p. 314.
162) HYPERICUM *quadrangulum.* Lin. Spec. pl. p. 1104, cfr. Lin. Phil. Bot. p. 218.
 * HYPERICUM *perforatum.* Lin. Spec. pl. p. 1105 hoc loco lapsu calami aut prætermissum est aut commutatum cum H. *quadr.*, quum hæc verba et sequentia ad illum præclare pertineant. Cfr. Lin. Mat. Med. sp. 365, Fl. Suec. ed. II sp. 680: "Flores vulnerarii et anthelmintici insignes. Boerh.", Am. Acad. T. III p. 67 "Obstacula Medicinæ": "Huc refert errorem, quo pro *Hyperico* (Lin. Fl. Suec. ed. I sp.) 625 *(H. perfor.)*, cujus vis vulneraria resolvens, et anthelmintica, sumitur illud 624" *(H. quadr.)*; Dale Pharmacol. p. 300 et Pharmacopæa Wirtenbergica (1754) p. 52.
 ** Tinctura. Obs.! Genus hocce jam in Florulæ Lapp. Parte posteriori (Act. Lit. et Scient. 1735) p. 12, in Flora Lapp. p. 223 et in Gen. pl. ed. I sp. 606 ad POLYADELPHIAM refertur a Linnæo. "Si staminum filamenta accurate inspiciantur, patebit ea in tres vel quinque phalangas esse digesta et ad basin coalita, licet hoc in nostris Europæis admodum obscure, in *Lasiantho* autem euidentissime conspici potest." Lin. Fl. Lapp. sp. 275 *β*.

163) ACONITUM *lycoctonum.* Lin. Spec. pl. p. 750.

* "Reperiuntur ibi herbæ quædam, quæ aliis in locis non nascuntur. Inter has a Samuelo Rheen memoratur herba, quam Lappones sua lingua vocant calceolum Lapponicum, aut brassicam rangiferorum. Quæ species ipsius sit, ostendit hisce verbis, quæ licet longiora, integra tamen apponenda videntur, ut de herba rectius possit judicari. Ther wæxer ett græs, som Lapparna kalla reen kool, eller Lappskogræs, efter des blomstret ær i anseende soom een Lappskoo, huilket blomster ær blaodt, och med tree radher froe inne i blomstret, des blad æro stora, som Kool-blad, des stiælka ett finger tiock, des rooth ær ganska bitter. Hoc est: Nascitur ibi herba, quam Lappones appellant brassicam rangiferorum, vel calceolum Lapponicum, quia flos illius speciem præ se fert calcei Lapponici, estque colore coeruleo, cum serie triplici seminis in calice, folia habet ampliora, quam brassica vulgaris, caulem crassum digiti crassitie, radicem prorsus amaram. Herbam hancce festinatione summa dicit capere sua incrementa, late se diffundere, ac surgere in altum, ad trium cubitorum altitudinem, et quandoque majorem. Creditur inutilis et noxia, quoniam ab esu ejus abstinent animalia omnia. Intet creatur æter betta græset, uthan skyder foer, saosom foer ett foergiff, ait Samuel Rheen, id est: Animal nullum herbam hanc gustat, sed fugit eam, tanquam venenum." Joh. Schefferi Lapponia (1674) p. 360; cfr. Lin. Florula Lapponica P. I p. 55, Flora Lapp. sp. 221 β: "Neque in Norlandia ab vllo animali tangitur, nec in Lapponia a rangiferis editur, licet Scheffero *Brassica rangiferorum* dicatur; *Calceus* autem *lapponicus* nominatur a figura corollæ referentis calceum Lapponis"; Lin. Fl. Suec. ed. I et II.

** "*Aconitum* non minus quam *Cicutam* ob venenum suum fuisse omni æuo famosissimas, plena docent patrum Botanices scripta; et credidere veteres, illum nunquam surgere, qui sub illa dormiret, et sagittas Aconiti succo inquinatas lethalia facere vulnera, hinc Poetæ eandem ex spuma rabidi istius canis infernalis, Cerberi, natam fabulati sunt. Fidem nobis faciant, si non alia, certe Matthioli experimenta in subiectis humanis ad mortem damnatis instituta, vbi decantatissimis suis antidotis e morte eripere eosdem non potuit. Similia in brutis capta experimenta videas apud Wepferum de Cicuta; at ego longe mitiorem Aconiti huius effectum a me obseruatum tradam. — In Itinere per Medelpadiam primo vere instituto, aduerti feminam folia Aconiti huius legentem, quæ, in quem vsum illa legeret, interrogata, ad cibum inde parandum, respondebat. Ego melius ipsi consulturus (putabam enim eam in-

sciam huius, folia illa esse Geranii credere) per superos et inferos, ne vltimum sibi ferculum pararet, monui. Illa autem subridens nil periculi latere regerebat, et hanc plantam se optime nosse, atque toties, immo quotannis cum conterraneis eam se adsumsisse dicebat, meque istam plantam non rite cognoscere putabat. Introeo domunculam eius, femina conscindit folia, coquit illa cum parua quantitate pinguedinis, parat inde iusculum, adsumit idem cum marito, duobus liberis et quadam vetula; sic

Lurida terribiles miscent aconità Nouercæ

et quod miratus sum absque vlla molestia, vlloue insequente symptomate; et sane quæ non inuenit ratio, sæpe inuenit temeritas. Quæro itaque:

An Aconiti vis in septentrione a frigore eneruetur: negativum ipse defenderem responsionem, cum etiam in Jemtia, quæ maiorem poli agnoscit eleuationem, quam Medelpadia, conscindatur radix lacteque misceatur et muscis offeratur, vt inde pereant ac abigantur. —

An vis Aconiti deleteria in sola radice, non vero in foliis consistit? cum experimenta Matthioli et Wepferi cum radicibus instituta sint et radices in Jemtia exhibeantur muscis, quodammodo verosimile videretur, sed dubio omni non caret. —

An planta adhuc, tempore vernali, tenella, particulis istis noxiis destituitur, quibus adultior imprægnatur? Sic vrtica recens progerminans et plures plantæ apud nos coctæ tempore vernali eduntur, quæ per æstatem non possunt adsumi. Vel —

An particulæ acres et venenatæ per diuturnam destruuntur coctionem? Sic sane videtur, dum pinguedo ista non erat sufficiens tali veneno ita obuelando, vt nullam pareret noxam." Lin. Flora Lapp. sp. 221 ε, cfr. Lin. Lachesis Lapponica T. II p. 123. — "Aconitum istud Dioscorides λυκόκτονον et κυνόκτονον cognominat: Arabes Strangulatorem adip, id est, lupi: nonnulli Lupariam. Facultas autem huius veluti et reliquorum Lycoctonorum homini exitialis est et reliquis quoque animantibus perniciosa. Vtuntur, inquit Dioscorides, ad venationem luporum, crudis ipsas inserentes carnibus, quibus deuoratis lupi enecantur." Dodonæi Pempt. p. 439.

164) SPIRÆA *Ulmaria.* Lin. Spec. pl. p. 702. Etiam in Florula Linnæi Lapp. hanc plantam reperias sub POLYANDRIA POLYGYNEA, sed in Flora Lapp., Gen. pl. ed. I, et Hort. Cliff., nec non in reliquis ejusdem auctoris operibus ad ICOSANDRIAM PENTAGYNIAM est illa relata.

* Clus. Hist. CXCVIII et Joh. Bauh. 3. p. 488 e Tourn. Inst. T. I p. 265.

** "Miratus sum, quod hæc planta tam fragans minus, quam virtus suaderet ab odore desumta, reuocata fuerit ad vsus medicos, sed forte latet anguis sub herba. Cum in itinere Dalekarlico (impensis Generosissimi Baronis NIC. REUTERHOLMI, magni istius Gubernatoris prouinciæ Dalekarlicæ suscepto) Alpibus superatis in Noruegiam perueniremus alte dormientibus lassis sociis, obambulans in tristi sylua aduertebam etiam *Equos* distinguere posse alimenta salubria a noxiis, ingerebant enim famelici omnes sine discrimine herbas, intactas tamen omnino relinquentes *Filipendulam* hanc, *Valerianam* (§ 15), *Conuallariam* (§ 112), *Angelicam* (§ 101, 102), *Epilobium* (§ 146), *Comarum* (§ 214), *Geranium* (§ 266), *Helleborum* (§ 226), *Aconitum* (§ 221) et varios frutices. Dedit hoc ansam, vt curioso rerum naturalium scrutatori commendemus obseruationes instituendas circa plantas, quæ scilicet ab animalibus phytiuoris, vt Boue, Oue, Capra, Ceruo, Equo, Sue, Simia, etc. eorumque speciebus non deuorentur, quod rite obseruatum sua vtilitate non careret. Tantum vero abest, quin dicam, quod, quæ animalibus noxiæ vel salubres sunt plantæ, itidem et nobis conueniant vel noceant; nec sufficit cum Wepfero plantas animalibus, præsertim carniuoris, venenatas exhibere, vt inde constet earum effectus in nostrum corpus." Lin. Fl. Lapp. sp. 301 ε; cfr. Lin. Mat. Med. sp. 240. "Pan Svecus" Am. Acad. T. II p. 226 et 227.

165) RANUNCULUS *acris.* Lin. Spec. pl. p. 779.

166) RANUNCULUS *bulbosus.* Lin. Flora Lapp. ed. I sp. 229, quod G. Wahlenbergius in Flora sua Lapponica ut synonymon refert ad spec. 289 β. R. *acris* β pumilus caule unifloro."

167) RANUNCULUS *Flammula.* Lin. Spec. pl. p. 772.

168) RANUNCULUS *reptans.* Lin. Spec. pl. p. 773, cfr. Lin. Flora Lapp. sp. 236 Tab. III fig. 5 et Whlnbg. Fl. Lapp. sp. 288.

169) RANUNCULUS *aquatilis.* Lin. Spec. pl. p. 781.

170) CALTHA *palustris.* Lin. Spec. pl. p. 784.

171) ANEMONE *vernalis.* Lin. Spec. pl. p. 759.

* lege C. Bauh. Pin. p. 177.

** "In Alpibus lapponicis raro obuia est, in Alpibus vero Dalekarlicis et proximis syluis omnium copiosissime exsistit." Lin. Fl. Lapp. p. 181; "Pulsatilla *dalekarlica*". Lin., Pan Svecus, Am. Acad. T. II p. 250.

172) ANEMONE *nemorosa.* Lin. Spec. pl. p. 762.

* cfr. Lin. Mat. Med. sp. 275.

173) AJUGA *pyramidalis*. Lin. Spec. pl. p. 785.
* "Mire intricata est Ajugarum synonymia." Cel. El. Friesius: Nov. Fl. Suec. ed. II p. 174.

174) PRUNELLA *vulgaris*. Lin. Spec. pl. p. 837. — "Prunella" nominatur hæc planta jam in Lin. Fl. Lapp. et Crit. Bot. sed "Brunella" adhuc in Lin. Gen. pl. ed. V. — "Recentiores Brunellam et Prunellam appellant: Germani Braunellen." Dodonæi Pempt. p. 136.

175) GLECOMA *hederacea*. Lin. Spec. pl. p. 807, uti etiam in Gen. pl. ed. V et VI; sed "GLECHOMA" in Gen. pl. ed. I et II, Crit. Bot. p. 32 et 121, nec non Phil. Bot. p. 187 et 190.
* "Chamæclema. Boerh. lugdb. I p. 172" e Lin. Hort. Cliff. et Fl. Suec.
** lege Tournef. Inst. T. I p. 194.

176) GALEOPSIS *Tetrahit α vel β* (β = G. versicolor. Curt.). Lin. Spec. pl. p. 810.
* Hoc synonymon Bauhini, Lobelii icone T. I p. 528. "Cannabis syluestris spuria tertia" fultum, magis idoneum esse videtur, quam quod, cum G. Ladano potius congruens, in sequentibus operibus est huc adhitum a Linnæo.
** Cfr. Lamium album. Dale Pharmacol. p. 221. Lin. Mat. Med. sp. 307 et Pharmacopæa Wirtenb. I p. 67.

177) STACHYS *palustris*. Lin. Spec. pl. p. 811, cfr. "Galeopsis angustifolia fœtida. Joh. Bauh. Hist. 3. App. 854 et Galeopsis palustris, Betonicæ folio, flore variegato. Tourn. Inst. T. I p. 185" e Lin. Hort. Cliff. p. 309.

178) SCUTELLARIA *galericulata*. Lin. Spec. pl. p. 835. — Rivini Ordines pl. irregulari monopetalo 76. e Lin. Fl. Suec. ed. I et II.

179) PEDICULARIS *Sceptrum Carolinum*. Lin. Spec. pl. p. 845.
* lege: Rudb. hort. p. 9. Synonyma Rudbeckii sunt recte relata in Flora Lapp. Lin.
** "Eandem observauimus in Dalekarlia prope Alpes Dalekarlicas vt Sernæ, Transtrandiæ." — "Vsum huius plantæ nullum noui, sed sane eam vidisse sufficit, præterquam quod Transtrandiæ vulgus semina eius contrita dentibus adponat, ad dolores dentium sopiendos." Lin. Fl. Lapp. sp. 243, ζ et η.

180) Synonymon illud Bauhini collectivum P. palustris et sylvaticæ esse videtur; hoc autem loco Linnæum, ut in Flora sua Lapp. sp. 241, PEDICULAREM *palustrem*. Spec. pl. ed. II p. 845 in mentem habuisse patet e Whlnbgii Fl. Lapp. p. 167: "Lapsu memoriæ Linnæus retulit synonymon Floræ Lapponicæ ad P. sylvaticam, quæ neque in Lapponia neque in alia quadam provincia boreali Sveciæ occurrit, ubi vero P. palustris vulgatissima."

181) PEDICULARIS *lapponica.* Lin. Spec. pl. p. 847.
  * acutis. Lin. Florula Lapp. p. 57 et Flora Lapp. sp. 242. Tab. IV fig. 1.

182) PEDICULARIS *hirsuta.* Lin. Spec. pl. p. 847. Post Linnæum non reperta est in Dalecarlia, cfr. Cel. Th. Fries l. c. pag. 299.
  * Lin. Florula Lapp. p. 57 et Flora Lapp. sp. 245 Tab. IV fig. 3.

183) * *Dodonæi Pempt.* p. 556 est PEDICUL. *sylvatica* Lin. It. W-goth. p. 40 e Lin. Fl. Suec. et Spec. pl.; sed *Crista Galli Dod. Pempt.* 556 eadem ac Crista galli foemina. J. B. 3, 436 e Tourn. Inst. T. I p. 172 vel RHINANTHUS *Crista galli fœmina et mas.* Lin. Fl. Lapp., Suec. et Spec. pl. ed. I p. 603 et ed. II p. 840.
  ** "Ambas has varietates (α. β.) coniunxerunt veteres, proinde male excepti a recentioribus, qui tamen, qua in re differant, non dixere; quid obstaret, si hoc etiam tempore aliquis has coniungere tentaret? Plantam vtramque optime noui; possunt etiam facile Synonyma variationum proprio suo indiuiduo adsignari et sane primo intuitu a Botanices tyrone optime distingui, nam *illa* (α.) crescit in pratis siccioribus, floribus ad vnum latus magis vergentibus, colore totius plantæ obscuriore et magnitudine inferiore; *Hæc* (β.) vero in agris vel subhumidis occurrit, pallidior, maior, et floribus magis distantibus. Cum autem describerem omnes partes, etiam minimas fructificationis, ne vllam obseruare poteram differentiam in parte quacunque plantæ quoad numerum, figuram, situm vel proportionem, et ne quidem in ipsa macula ad rictum corollæ posita: Vnde has plantas varietates esse intellexi; qui itaque posthac has ad diuersas refert species, tenetur indicare differentiam aliquam e numero, figura, proportione vel situ partium depromtam, nisi ex professo varietates recenseat, tum enim gaudet priuilegiis iisdem, quæ concessa sunt Tulipamaniacis, etc." Lin. Fl. Lapp. sp. 248 δ. — "Semina e planta β projecta in pratum siccum, proximo anno reddunt plantam α. hinc non opus fuisset duas species constituere." Lin. Fl. Suec. ed. I sp. 503. — "Crescunt ambæ α et β Upsaliæ variis in locis mixtæ. In Smolandia australi versus Stenbrohult vidi tantum α, nec umquam β antequam fere Wexioniam perventum erat; ejeci semina β in pratum siccum, altero anno vidi plantas tantum α. Quidquid sit, distinctas non esse species docet structura et congeneres, sed quæ caussa alia quam locus β generavit, nondum liquet. Mirum no-

bis videtur quod *β* in Anglia non occurrat." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 542.

184) BARTSIA *alpina.* Lin. Spec. pl. p. 839.

185) EUPHRASIA *officinalis.* Lin. Spec. pl. p. 841.

* "*E. minor. Dill. app. 53.* "Varietas ista differt a naturali planta, quod flores in naturali triplo sunt maiores, quam in hac; quod calix in hac quadrifidus, in naturali vero quinquefidus; quod hæc minor sit naturali; et quod hæc sæpius ramis careat. Qui tamen considerat faciem, et texturam, easdem esse species facile agnoscit." Lin. Fl. Lapp. sp. 247 *α* et *γ*.

186) MELAMPYRUM *pratense.* Lin. Spec. pl. p. 843, Flora Lapp. sp. 240 *α*.

* "Butyro colorem flauum inducere Caltham, dum tempore vernali a vaccis adsumitur, statuerunt veteres, vt *Palmberg* in *Sertis floreis Svecanis*" (Strengnääs 1684, pag. 221) "et alii, cuius flaui flores instar croci adsumti lac tingerent; hoc tamen falsum esse videmus, cum boues caltham non edant; nec crederem singulas plantas, sine discrimine, recentes simul hanc flauedinem producere, cum in aliis locis flauum magis, in aliis magis fuluum obseruemus butyrum; nec quod hæc vnica sit causa, vnquam statuerem. Ad templum Lykselense in Lapponia Umensi butyrum, quantum noui, omnium præstantissimum adquiritur, nec aliud vidi vnquam tam intense fuluo colore saturatum ac hoc; hinc expetitur a mercatoribus Umensibus præ alio omni, cum carius vendi possit et misceri cum alio, vt mixtum præstantius euadat. Inquirenti mihi in eodem loco constituto causam, respondebatur Kowall (*α. β.*), quæ planta copiosius hic pronascebatur, hæc efficere, quod confirmabant mox pascua Boum a me visa, maiori huius plantæ copia tecta, quam vnquam obseruauimus alibi. Lin. Fl. Lapp. sp. 240 *η*., cfr Am. Acad. T. I p. 372 et Fl. Suec. ed. II sp. 548.

** MELAMPYRUM *sylvaticum.* Lin. Spec. pl. p. 843. Flora Lapp. sp. 240 *β*. — "Ambæ istæ varietates (*α. β.*) in Suecia vulgares omnio sunt eas autem distinctas esse non dixerim, nec statuit Rajus in Synopsi; notabiles tamen sunt et plurimis differunt, licet minus euidentibus notis; quænam harum naturalis sit planta, difficile determinatur, crederem ego priorem (*α.*), cum copiosior existat, atque oris labia, vt in congeneribus, clausa sint, licet hæc pro varietate, altera vero pro naturali habeatur in Raj. syn."

Differentiæ, quæ variationes hasce distinguunt, sunt sequentes:

α. in pratis et siccioribus nascitur,

β. vero in syluis et dumetis.

α. caule magis erecto gaudet,
β. caule nutante magis.
α. folia magis erecta et conniuentia,
β. folia omnino patentia gerit.
α. corolla alba gaudet, versus labia flauescente,
β. vero corolla fulua tota, et antecedenti longe breuiori.
α. rictu oris seu labiorum clauso,
β. rictu oris aperto et dehiscente instruitur." Lin. Flora Lapp. sp. 240 δ et ε.

187) SCROPHULARIA *nodosa*. Lin. Spec. pl. p. 863.

* "Folia *Sennæ* in classem purgantium usitatissimorum pertinent, flatulentiam excitare solent; hanc ob causam Zinziberis, Galangæ et Cinnamomi corrigi debent. Nauseoso vero sapore, per additionem portionis æqualis foliorum *Scrophulariæ aquaticæ*, orbantur, sicut experimentum fecit Dom. *Marchantius Eph. Acad. Reg. Paris* 1701." Pharm. Wirtenb. 61, cfr. Lin. Mat. Med. sp. 310 et 311, nec non Am. Acad. T. IV p. 41 et T. V p. 157.

188) LINNÆA *borealis*. Lin. Spec. pl. p. 880.

* Etiam e Lin. Flora Lapp. et Hort. Cliff.: "Petiv. cent. 76"; sed "Pet. mus. 787" e Lin. Fl. Suec. ed. I et II.

** "Vulgus Angermanniæ plantam coctam, fomenti et cataplasmatis instar, doloribus rheumaticis, præsentanea medela, imponere solet. *Artedi*." Lin. Fl. Lapp. sp. 250 ϑ. — "LINNÆÆ *Herba* per Norlandiam in *doloribus Rheumaticis, Ischiaticis* interne et externe usitatissima, ideoque in Dania officinas, pharm. intravit." Lin. Am. Acad. T. IV p. 40.

189) SUBULARIA *aquatica*. Lin. Spec. pl. p. 896.

* mollibus. Raj. Syn. Angl. 3 p. 307 e Lin. Fl. Lapp. et Suec.

** 2 pag. 369 t. 23 fig. 1, e Lin. Fl. Suec. et Spec. pl.

190) THLASPI *arvense*. Lin. Spec. pl. p. 901.

191) SISYMBRIUM *Sophia*. Lin. Spec. pl. p. 920. — Elias Til-Landz: Catalogus Plantarum, Aboæ 1683.

192) ERYSIMUM *cheiranthoides*. Lin. Spec. pl. p. 923.

* M. siliqua longa. C. Bauh. Pin.

193) "Nasturtium aquaticum supinum. C. Bauh. Pin. p. 104" vel "SISYMBRIUM *Nasturtium aquaticum*. Lin. Spec. pl. p. 916" et "Nasturtium aquaticum majus et amarum. C. Bauh. Pin. p. 104" vel "CARDAMINE *amara*. Lin. Spec. pl. p. 915" inter se hoc loco a Linnæo commutata esse viden-

tur. Facile crederem plantam illam in Dalekarlia numquam esse repertam indigenam.

* "CARDAMINE, *Nasturtium amarum dicta* (Flor." Suec. ed. I sp. "560). Denna ört wäxte här" (wid Rödstens klefwan på Kinnekulle) "ymnigt, och holles allmänt före af wåra Apothekare, at wara den rätta Käll-Krasan (Flor. 552), men är dock icke så. Likwist kan det wäl medgifwas, at denna hafwer äfwen så god och stark werkan emot Skörbjugg, som någonsin den rätta Källkrasen; men deremot då de i stället för Källkrase hämta Ängkrase (Flor. 559), fara de mycket wilse, och bedraga både Patienterne och Doctorerne; ty är mit råd, at Apothekarne plantera denna ört (Flor. 560) uti Källesåg eller Källsprång, der hon en gång inkommen, förökar sig årligen sjelf til deras tjenst; hälst som den rätta Källkrasen på de mäste ställen swårligare kan fås. Wid denne örten merkte wi ock et känneteken för Botanisterne, nämligen, at deß stjelke wäxer fuller rak, men derjemte slår ut *ex summis alis* små *stolones*, som taga rot; hwarföre hon kallas "CARDAMINE *foliis pinnatis ex summis alis stolonibus reptans.*" Lin. Iter Westrogothum p. 26. — "NASTURTIUM *aquaticum* (Flor. 552) wäxte norr om Östarpa Torp, och inwid landswägen, helt tätt och stor, som en hamp-åker, halfannan aln hög, jämte watnet, der det öfwerflödar då det rägnar. Denna örten är uti alla tider räknad såsom den förnämsta emot Skörbjugg, hwarföre hon ock dageligen föreskrifwes af *Medicis;* men som Apothekarne up i landet, sällan kunna skaffa henna, taga de i det stället Äng-krasan (Flor. 559) eller någon annor ört, som smakar likt krasa, och det med patientens mindre förbel, och läkarens föga heder. Apothekarne kunna här få tilräckeligt frö, och mycket lätt så den på sanka ställen i tilräckelig quantitet om de wilja göra sig mödan; ty aktar jag nödigt, at gifwa beskrifning på örten, på det at *Medici* må desto bättre känna wäxten och icke låta sig gifwas *quid pro quo.* Stjälken, der han wäxer frodigt, är tjock som et finger, alns hög, uprätt och ihålig. *Folia* pinnata; *foliolis* 7 sive 9, subovatis, obtuse serratis, basi exteriore magis gibbis; *foliolo* impari majore. *Calyces* tetraphylli, erecti; *Petala* alba, subovata, parva, longitudine Calycis. *Antheræ* luteæ. *Filamenta* et *styli* post ejaculationem pollinis purpurascentia. *Siliquæ* teretiusculæ, declinatæ, incurvæ; *pedunculis* retro spectantibus. Bladen äro lösa, smaka som krase eller *Cochlearia,* men mildare, at man kunde äta dem som Sallat. När denna

örten wäxer på torr jord blifwer hon liten och knapt fingers lång, då hon endast bär folia ternata." Lin. It. Scan. p. 278. — Cfr. Cel. Th. Fries in Actis Naturæ Scrutatorum Scand., Christianiæ 1856, p. 298.

194) CARDAMINE *pratensis.* Lin. Spec. pl. ed. II p. 915, Flora Suec. ed. I sp. 559.

195) TURRITIS *glabra.* .Lin. Spec. pl. p. 930.
 * Casp. Bauh. Pin. p. 112.

196) BRASSICA *campestris.* Lin. Spec. pl. p. 931.

197) SISYMBRIUM *amphibium a palustre.* Lin. Spec. pl. p. 917.

198) MALVA *rotundifolia.* Lin. Spec. pl. p. 969.
 * MONADELPHIA Polyandria *mucilaginosa et emolliens est.* Ord. nat. 34. Omnes vi emolliente, vel tyronibus notissima, gaudent, ut qui noverit *Althæam* et *Malvam,* novit omnium effectum. Vis eadem in tota planta omnibus suis partibus emollientibus deprehenditur, nec aliqua earum venenata est." Lin. Am. Acad. T. I. p. 411. "*Pingues emolliunt,* præsertim mucilaginosæ, uti *Malva*, *Alcea*, *Althæa,* et *Olea* varia seminum." Lin. Am. Acad. T. I. p, 422. "MALVA *rotundifolia,* juxta urbes pagosque frequens; foliis loco Brassicæ coctis vulgo utebantur veteres." Lin. Am. Acad. T. III p. 91. "MALVA veteribus inter communissimos erat cibos, sed, quæ jam non amplius in nostris comparet mensis, qui, a mollitia longius remoti, durioribus utebantur cibis, graviores vero sustinebant labores, necessarium fuit interdum alimentum quoddam emolliens, ut alvum servarent apertam. Unde *Martialis.*

Exoneraturas ventrem
mihi villica Malvas attulit.

Ad quam autem speciem Folium hoc Malvæ sanctissimum Pythagoræ referri debeat, meum non est determinare. Etenim omnes fere plantæ ordinis Malvacei eadem sunt virtute præditæ; probabile est fuisse *Alceam roseam* secundum *Casp. Bauhin. pinac. 215,* quæ quotannis in nostris seritur hortis, sed cujus tamen ne folium quidem hodie decerpitur in usus culinarios." Lin. Am. Acad. T. V p. 122. — "MALVA *rotundifolia.* Edebatur a veteribus, Pythagoræ *folium sanctum,* sed eviluit hodie. Alvum apertam servabat veteribus, durioribus cibis contentis." Lin. Am. Acad. T. VI p. 127. — "Malva omnis emolliens obtundens mucilaginosa est." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 627.

199) FUMARIA *officinalis.* Lin. Sp. pl. p. 984.
 * F. officinarum et Dioscoridis. Casp. Bauh. Pin. p. 143.

** "Planta amarissima, corroborans, antacida, Melancholicis, Hypochondriacis, Cachecticis, Scorbuticis, Scabiosis Medicina in infuso, conserva, extracto." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 630, cfr. Lin. Mat. Med. sp. 343, Dodon. Pempt. p. 59, Dale Pharmacol. p. 174 et Pharm. Wirtenb. T. I p. 50.

200) TRIFOLIUM *repens.* Lin. Spec. pl. p. 1080.

201) TRIFOLIUM *pratense.* Lin. Spec. pl. p. 1082.

* Dorycnium e Lin. Crit. Bot. p. 103 et Phil. Bot. p. 33, 142 et 174.

** "Dalekarlis Miölontuppa." Lin. Flora Suec. ed. I et II. "Mjölmeltuppor: Floda; Mjêltuppor: Elfdalen." C. G. Kröningsswärd Flora Dalecarl. p. 60.

*** "Hiberni suo Chambroch, quod est Trifolium pratense purpureum, aluntur, celeres et promtissimi roboris. *Mund. diæt. 125.* conficiunt enim panem e floribus huius plantæ melleum odorem spirantibus, qui magis placet, quam qui ex Spergula recensita paratur." Lin. Fl. Lapp. sp. 273 *δ.* "Flosculis siccatis inque farinam redactis Scoti fame pressi utuntur pro pane. Et hoc etiam modo omnia Trifolia et fere omnes flores diadelphi a 523 ad 590", (Fl. Suec. ed. I) "ad panem vicarium adhiberi possunt." Lin. Am. Acad. T. III p. 92.

202) LOTUS *corniculatus.* Lin. Spec. pl. p. 1092.

203) OROBUS *tuberosus.* Lin. Spec. pl. p. 1028; cfr. Lin. Hort. Cliff. p. 366. — Astragalus sylvaticus folijs oblongis glabris. C. Bauh. Pin. p. 351 e Lin. Hort. Cliff., Fl. Suec. ed. I et II, nec non Spec. pl. ed. I et II.

* Vide Lin. Am. Acad. T. I "Flora Oeconomica" p. 374 n. 597 (qui numerus spectat ad Flor. Suec. ed. I sp. 597 vel *O. nigrum):* "Verosimile videtur, hujus *radicem* cibum fuisse, a Dione, in Severi Imperatoris vita, memoratum, quo usi Britanni, ut per aliquot dies ab hostibus pressi, famem et sitim tolerarent. *Raj. hist. 916*" et Lin. Am. Acad. T. III "Plantæ Esculentæ" p. 92. n. 596: "*O. tuberosus.* Radices coctæ sapidæ sunt et nutrientes, ac pro pane vicario inserviunt"; et n. 597, "*O. niger,* cujus radice olim Angli obsidione cincti vitam per aliquod tempus sustentarunt. Raj. hist. 916"; postremo etiam Remb. Dodonæi Pempt. p. 341 et 342. *Glycyrrhiza vulgaris (Gl. glabra* Lin. Spec. pl. p. 1046.) "Plinius Scythicam herbam, a Scythiæ regione in qua gignitur, nominat. — — — — Exiguo siquidem gustu famem et sitim præcipue sedat. — Hæc eadem de Scythica radice Theophrastus quoque habet, qui hac et Hippace, Scythas etiam dici refert, ad dies vndecim aut duodecim viuere et

quidem his verbis: Radix Scythica vtilis ad anhelitus, et ad tussim siccam, atque in totum thoracis morbis: ad hæc ulceribus mederi potest cum melle: sitim quoque exstinguit si teneatur in ore. Qua de caussa ea et Hippace degere aiunt Scythas dies vndecim aut duodecim. — Hippace autem caseus est, vt Hippocrates testatur, ex equino lacte concretus. Plinius lib. XXV cap. VIII perperam ejus nominis herbam esse existimauit.

204) VICIA *sativa.* Lin. Spec. pl. p. 1037.

* "V. sativa vulgaris semine nigro. *Bauh. Pin. 344* et V. sativa alba. *Bauh. Pin. 344*" e Lin. Hort. Cliff. et Spec. pl. ed. I et II.

** "Seritur ad Equos lætandos in Scania." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 654, cfr. Lin. It. Scan. p. 284 et 369, Am. Acad. T. I p. 374.

205) VICIA *Cracca.* Lin. Spec. pl. p. 1035.

* "Arachus" Lin. Flora Lapp. sp. 269 et 270, nonne sec. Bauh. Pin. et Dodon. Pempt.?; "Aracus" Til-Lands, Rudbeck et Linder; sed "Arachis" Lin. Crit. Bot. p. 42 et 114, Gen. pl. et Phil. Bot. p. 150, 187 et 196.

** Rivini Ordines plant. flore irregulari tetrapetalo 58 e Lin. Flora Lapp. et Hort. Cliff., sed 49 e Lin. Fl. Suec. ed. I et II, nec non Spec. pl. ed. I et II.

*** recte!, perperam p. 342 ut in Lin. Flora Lapp. et Suec., ut etiam p. 343 in Lin. Spec. pl.

206) VICIA *sylvatica.* Lin. Spec. pl. ed. II p. 1035.

* Plukenetii Almagestum Botanicum, Londini 1696, pag. 387 tab. 71, fig. 1. e Lin. Spec. pl. ed. I et II, sed Plukenetii Phytographia, Londini 1692, t. 71, fig. 1. e Lin. Fl. Lapp. et Suec.

207) LATHYRUS *pratensis.* Lin. Spec. pl. p. 1033.

* L. sylvest. luteus folijs Viciæ. C. Bauh. Pin. p. 344.

208) ASTRAGALUS *glycyphyllos.* Lin. Spec. pl. p. 1067.

* "Astragalus glycyphyllos. *Boerh. lugdb. 2 p. 53.*" "Crescit ad montium latera inque dumetis in Anglia, Gallia, Germania; nec non in Scania campestri, immo et in ipsa Dalekarlia Sveciæ, in monte Hykie ad templum Elfdahlense in itinere Reuterholmiano — Dalekarlico eandem observavi plantam." Lin. Hort. Cliff. p. 362. "In Dalekarlia orientali monte Hykie Elfdalensi." Lin. Fl. Suec. ed. I et II, cfr. Lin. It. Oel. p. 56.

** Cfr. Dale Pharmacol. p. 287 et Pharm. Wirtenb. T. I p. 32, quæ tamen potius spectare videntur ad GLYCYRRHIZAM *glabram* Lin. Spec. pl. ed. II p. 1046, Mat. Med. ed. I sp.

362 et Hort. Cliff. p. 494 (perperam 490 e Lin. Spec. pl. ed. I et II.)

209) LOBELIA *Dortmanna*. Lin. Spec. pl. p. 1318.

* Act. Lit. et Scient. Sveciæ, Ups. 1720 p. 97, tab. 2.

** lege C. Bauh. Pin. p. 202.

*** "ad Kiällslätten Fahlunæ." Lin. Fl. Suec. ed. I et II.

Obs.! Ordo "POLYGAMIA ÆQUALIS" est interjiciendus.

210) SONCHUS *oleraceus a lævis*. Lin. Spec. pl. p. 1117.

211) SONCHUS *alpinus*. Lin. Spec. pl. p. 1117.

* "Sonchus lævis laciniatus cæruleus, vel Sonchus alpinus cæruleus." C. Bauh. Pin. p. 124.

** "Planta etiam hæc est Lapponibus notissima et tertia" *(Archangelica et Rumex Acetosa)* "earum, quæ Lapponum palatis placet; editur enim caulis crudus, antequam flores explicantur, more *Angelicæ* (§ 101), dissecatur nimirum caulis, folia decerpuntur, cortex fibrosus et tenax a basi sua separatus detrahitur cultello, vnguibus vel dentibus, editur deinde pars carnosa et ipsis gratissima est, mihi autem non arridebant hæc fercula, sine sale et oleo nimis amara." Lin. Flor. Lapp. sp. 290 γ. — "SONCHUS *alpinus*. Lappones caules ante florescentiam colligere, decorticare et crudos comedere solent, qui, si oleo et aceto condirentur, longe sapidiores fierent. Quum itaque et in humidis atque umbrosis conspicuam valde assequatur altitudinem, et facile seratur, neque hominibus neque pecoribus utilior fere plantaretur herba, bovibus et pecoribus omnibus etiam expetita." Lin. Am. Acad. T. III p. 93; cfr. "Pan Svecus" Lin. Am. Acad. T. II p. 255 et Lachesis. Lapp. T. II p. 77—79.

212) SONCHUS *arvensis*. Lin. Spec. pl. p. 1116.

213) LEONTODON *Taraxacum*. Lin. Spec. pl. p. 1122.

* Cfr. Lin. Mat. Med. sp. 368, Dale Pharmacol. p. 145 et Pharm. Wirtenb. T. I p. 41.

** "Folia illius primo vere colliguntur, priusquam de terra plane sint exorta, et viriditatem acceperint; exstirpetur et abjiciatur radix, foliis vero lavatis, oleum, acetum, et pauxillum salis superinfundantur. Hæc, quæ diu in Australibus usurpata sunt regionibus, nuper etiam in nostras culinas sunt introducta; ineunte præsertim vere, et priusquam Lactucæ tempus adfuerit. Hoc insipidum fere jusculum, pro Acetario propinari potest; sed gustu et tenacitate magis ingratum Lactucæ cedit: sangvineam tamen massam optime purificat *Taraxacum;* urinam quoque fortius, quam ullam apud nos usitatum Acetarium, impellit; quare etiam infantes, vesperi hoc consumentes, lectum permingunt; hinc *Lectimingæ* et

Urinariæ nomen apud Lobelium" (Dens leonis vulgi, siue Urinaria Lob. Ic. 232, sed perperam 432, ut in Lin. Fl. Suec. ed. I et II est lapsu calami commemoratum.) "sortitur, Gallis *Pissenlit*, Holland. *Pisse bedde.*" Lin. Am. Acad. T. IV p. 548. "Folia primo vere erumpentia etiamnunc alba ad acetaria colliguntur Holmiæ, uti apud exteros; ob vim diureticam Lectiminga dicitur." Lin. Flor. Suec. ed. II sp. 693.

214) LEONTODON *autumnale.* Lin. Spec. pl. p. 1123.

215) HIERACIUM *umbellatum.* Lin. Spec. pl. p. 1131.

216) CREPIS *tectorum.* Lin. Spec. pl. p. 1135; cfr. Lin. Fl. Lapp, sp. 286, Hort. Cliff. p. 387 et Fl. Suec. ed. I sp. 640.

217) HIERACIUM *paludosum.* Lin. Spec. pl. p. 1129.

218) HIERACIUM *murorum. α pilosissimum.* Lin. Spec. pl. p. 1128.

219) HYPOCHÆRIS *maculata.* Lin. Spec. pl. p. 1140.

220) HIERACIUM *alpinum.* Lin. Spec. pl. p. 1124.

221) HIERACIUM *Pilosella.* Lin. Spec. pl. p. 1125.

* recte! Tourn. Inst. p. 469, perperam p. 496, ut dictum est in Lin. Fl. Suec. ed. I sp. 633.

222) HIERACIUM *dubium.* Lin. Spec. pl. p. 1125. — "Habitat in pratis siccioribus Sveciæ orientalis a Blekingia usque ad Dalecarliam ad Ore passim." Whlnbg. Fl. Suec. ed. II sp. 872.

223) CARDUUS *lanceolatus.* Lin. Spec. pl. p. 1149.

* Cfr. Lin. Am. Acad. T. V p. 108.

224) CARDUUS *heterophyllus.* Lin. Spec. pl. p. 1154.

* "Cirsium singulari capitulo squamato, vel incanum alterum. Bauh. pin. 377", e Lin. Flora Lapp., Hort. Cliff. et Fl. Suec. ed. I; "Cirsium majus singulari capitulo magno, vel incanum varie dissectum. Bauh. pin. 377", e Lin. Spec. pl. ed. I, Fl. Suec. ed. II et Observat. in Spec. pl. p. 461; "Cirsium maximum asphodeli radice. Bauh. pin. 377", e Lin. Spec. pl. ed. II.

** "Folia radicalia lanceolata, integerrima, margine æquali, setis innoxiis æqualibus ciliorum instar dispositis, superne saturate viridia, subtus pubescentia nivea. Caulis uniflorus fere nudus, cui juxta radicem folia divisa et laciniata. Ex summa ala folioli sæpe flos ad latus caulis sessilis. Hisce dignoscitur facile planta, omnes enim figuræ falsæ sunt, et forte species multiplicata ob folia caulina laciniata." Lin. Hort. Cliff. p. 392, 2. — *Folia Radicalia* ouali-lanceolata, integerrima, terræ incumbentia, forma cynoglossæ, margine setulis non pungentibus ciliato, superne viridia nitida, subtus leuiter villosa, pulchre niuea: *Caulina* longitudinaliter diuisa,

rara, ex alis eorum sæpe ramulus vniflorus. Caulis pedalis et sesquipedalis. Flos magnus, corolla belle purpurea." Lin. Fl. Lapp. sp. 292 β; cfr. Lin. Fl. Suec. ed. I sp. 657 et ed. II sp. 721.

225) SERRATULA *alpina*. Lin. Spec. pl. p. 1145. — "Coniunximus studio nomina duplicis apud Botanicos putatæ plantæ, quæ tamen eadem ipsa est, nec quidem varietas. Folia enim in aptioribus locis, quæ radicalia sunt, lata basi extenduntur, mali vel boni Henrici instar; in aliis vero fere lanceolata sunt." Lin. Fl. Lapp. sp. 291 β.

226) SENECIO *vulgaris*. Lin. Spec. pl. p. 1216 sub POLYGAMIA SUPERFLUA, ut jam in Flora Lapp. et Gen. pl. ed. I. — S. minor vulgaris. C. Bauh. Pin. p. 131.

227) TANACETUM *vulgare*. Lin. Spec. pl. p. 1184.

* Cfr. Lin. Mat. Med. sp. 381 — "*Anthelmintica. Tanaceti semina*, syrupus, vel conserva ex foliis et summitatibus." Lin. Am. Acad. T. V pp. 136 et 163. — Dale Pharmacol. p. 167, Pharmacop. Wirtenb. T. I pp. 62, 70 et 83. — "Demortuorum cadavera hoc ipso a putredine diutius conservant *Elfdalenses*." Lin. Am. Acad. T. I p. 376; sed "Cadaver si ea fricetur, non a vermibus infestatur. *Elf-Wermelandi*." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 730.

228) ARTEMISIA *vulgaris*. Lin. Spec. pl. p. 1188.

* Cfr. Lin. Fl. Lapp. sp. 297 (neque 279, ut dicitur in Lin. Fl. Suec. ed. I et II, neque 379 ut in Spec. pl. ed. I et II), Fl. Suec. ed. I sp. 667 et ed. II sp. 731.

** "Decoctum in Tertiana propinant Rusticolæ." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 731, cfr. Lin. Mat. Med. sp. 384 et Am. Acad. T. VII "De varia febrium intermittentium curatione" p. 37.

229) ARTEMISIA *Absinthium*. Lin. Spec. pl. p. 1188.

* "Stomachicum, Hepaticum et Spleneticum imprimis est. Ventriculum et Epar roborat, appetentiam ad cibum excitat, obstructiones reserat et inde natos affectus tollit, ut Icterum, Hydropem etc. Febribus putridis etiam diuturnis confert: vitiosos humores per urinam expurgat: pellit præterea interaneorum Vermes, tandemque vestes a tineis conservat. Raj. Cat. Angl. p. 2." Dale Pharmacol. p. 167; cfr. Lin. Mat. Med. sp. 386, Am. Acad. T. II p. 179; nec non Pharm. Wirtemb. T. I. p. 42.

230) GNAPHALIUM *sylvaticum*. Lin. Spec. pl. p. 1200; cfr. Lin. Fl. Lapp. sp. 298.

* Aliud e Bauhino synonymon jam in Hort. Cliff. p. 402 subjunxit Linnæus: "Gn. majus angusto oblongo folio alterum." Bauh. pin. p. 263 (perperam 262), quod in Spec. pl.

ed. I et II deinde recepit; illud autem, in hac Florula uti etiam in Flora Lapp. allatum, refertur ad Filaginem arvensem, quæ, si Filago altera Tourn. Inst. T. I p. 454 (non 452) conferre velis, singulis synonymis, ad descriptionem ejusdem in Lin. Fl. Suec. ed. I sp. 679 et ed. II sp. 781 exhibitis, optime quadrat; "eademque est forma", teste Cell. El. Friesio et C. Hartm. J:r, "quæ F. montana *b.* Fr. Nov. ed. II p. 267 et F. mont. *β* arvens. Hartm. Fl. Scand."

** "*G. sylvaticum β fuscatum* (Whlnbg. Fl. Lapp. sp. 380 *β*) är allmän i fjelltrakterne, der hufvudarten deremot är sällsynt." Kröningsswärd Fl. Dalec. p. 46. — "Qui in solo natali attentius examinavit *α.* et *β.* non potest non has plantas pro varietatibus parum memorabilibus habere. Plantæ juniores plerumque magis tomentosæ et *Gn. norvegicum*" (Retz. prodr. n. 193) "melius referunt, sub provectiore vero ætate fere omnes *Gn. recto*" (Smith. brit. 2 p. 870) "satis conveniunt." Wahlenb. Fl. Lapp. sp. 380.

231) TUSSILAGO *alba.* Lin. Spec. pl. p. 1214, quæ, supra Scaniam numquam lecta, in Dalecarlia omnino deest; quam ob caussam mihi non dubium est, quin Linnæus in mentem habuisset Cacaliam tomentosam Bauh. Pin. p. 198, prodr. p. 102, quæ TUSSILAGO *frigida* Lin. Spec. pl. p. 1214; cfr. Lin. Fl. Lapp. sp. 303 *β*, 3 et 4, Lachesis Lapp. T. I p. 265.

232) TUSSILAGO *Farfara.* Lin. Spec. pl. p. 1214.

* cfr. Lin. Mat. Med. sp. 391 — "Tussis fumo foliorum hausto, more tabaci, interdum tollitur apud nostrates; medicina antiquissima dudum Plinio nota." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 743. — "Planta est Thoracica. Usus præcipue interne in Tussi, Orthopnæa, Vomicisque pectoris, quibus singulis et fumus ejus ore hiante attractus mederi creditur. Extrinsecus, Folia recentia imposita Ulceribus calidis et inflammationibus prosunt. Schrod." Dale Pharmacol. p. 149. — "*Bechion sive Farfara.* Recentia et adhuc virentia folia refrigerandi nonnullam una cum resiccandi potentia vim obtinent: vlceribus calidis, et partibus inflammationem laborantibus imposita prosunt. Arida vero folia calida sunt et sicca, et modice acria; horum in prunas candentes iniectorum fumus per infundibulum aut arundinem patente ac hiante ore receptus, orthopnœæ et tussi siccæ medetur, præstant idem radices aridæ recepto quoque earum fumo. Auxiliantur vero et eædem in tabellis ex sacharo, aut eclegmate permixtæ aduersus tussim veterem et respirandi difficultatem. Recentium vero foliorum et radicum decoctum, vel ex his Serapium, recenti et ex tenui destillatione tussi medetur." Dodonæi Pempt. p. 597.

233) SOLIDAGO *Virgaurea.* Lin. Spec. pl. p. 1235; cfr. Fl. Lapp. sp. 306 γ.

234) ERIGERON *acre.* Lin. Spec. pl. p. 1211; ERIGERUM *vulgare.* Lin. Flora Lapp. sp. 308, cfr. Lin. Crit. Bot. et Gen. pl. ed. I gen. 653; sed ERIGERON. Lin. Hort. Cliff., Gen. pl. ed. II et Phil. Bot.

235) ERIGERON *uniflorum.* Lin. Spec. pl. p. 1211, cfr. Lin. Fl. Lapp. sp. 307; et "Amellus montanus æquicolorum Columm. ecphr. p. 25 t. 26" (vel E. acre) e Lin. Fl. Suec. ed. I sp. 691 et ed. II sp. 741; nec non Lin. Lachesis Lapp. T. I p. 302 n. 43.

* "In omnibus Alpibus nostris vulgatissima est, nec extra eas in Suecia obuia fuit." Lin. Fl. Lapp. sp. 307 α; cfr. Cel. Th. Fries in Actis Naturæ Scrutat. Scand., Christ. 1856, p. 299.

236) ACHILLEA *Millefolium.* Lin. Spec. pl. p. 1267.

* "A recentioribus Millefolium appellatur. Dioscoridis est Achillea et Achillea Sideritis; quod conferenti hanc cum Dioscoridis descriptione vel luce clarius est. Inuenit hanc (inquit Plinius lib. 25 c. 5) Achilles discipulus Chironis, qui ob id Achilleios vocatur, alii Sideritum, apud nos Millefolium vocant. Trita coma cruenta vulnera glutinat, et ab inflammatione tuetur: sanguinem vndequaque profluentem supprimit." Dodonæi Pempt. p. 100.

** A Transtrandensibus Dalekarlis interdum loco Humuli in conficienda cereuisia adhibetur, vnde citissime inebriantur conuiuæ, hinc illis nomen Guttæ insaniæ. *Ex itin. Reuterholmiano.*" Lin. Fl. Lapp. sp. 311 ζ. — "Cerevisiæ fermentanti additur ut misere inebriet, imprimis a Dalekarlis Limensibus." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 770; cfr. Lin. Am. Acad. T. VI p. 185.

237) ANTHEMIS *arvensis.* Lin. Spec. pl. p. 1261.

238) ANTHEMIS *Cotula.* Lin. Spec. pl. p. 1261; cfr. Lin. Mat. Med. sp. 403, Am. Acad. T. IV p. 39 et T. V p. 163.

239) CHRYSANTHEMUM *Leucanthemum.* Lin. Spec. pl. p. 1251.

240) CENTAUREA *Jacea.* Lin. Spec. pl. p. 1293.

241) CENTAUREA *Cyanus.* Lin. Spec. pl. p. 1289.

* secale vel segetes.

** Cfr. Lin. Mat. Med. sp. 408. — "Aqua stillatitia florum utilis esse dicitur in Oculorum inflammationibus, rubedine, lippitudine, in hydrope. Schrod." Dale Pharmacol. p. 157. — "Aqua destillata et flores ipsi in sacculis ad ophthalmiam commendantur." Pharm. Wirtenb. T. I p. 67. Obs.! Hocce genus in Lin. Hort. Cliff., Fl. Suec., Phil. Bot., Gen. pl. ed. V et VI, nec non Spec. pl. sub nomine "CENTAUREA" est exhibitum; sed in Gen.

pl. ed. I et II primum "CENTAURIA" nominatur a Linnæo; in Lin. Crit. Bot. hæc nomina invenire possis promiscue adhibita.

242) CYPRIPEDIUM *Calceolus.* Lin. Spec. pl. p. 1346.

* lege: Casp. Bauh. Pin. p. 187 (perperam 87, ut etiam in Lin. Fl. Lapp. sp. 318).

** "Fahlunæ etc." Lin. Fl. Suec. ed. I sp. 735; et "Gulleråsen Rättwicense Dalekarliæ." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 820.

243) OPHRYS *ovata.* Lin. Spec. pl. p. 1340.

244) OPHRYS *cordata.* Lin. Spec. pl. p. 1340.

* "Rara hæc planta in Lapponiæ syluis vulgaris est et eodem delectatur loco cum Rubo" (Chamæmoro). Lin. Fl. Lapp. sp. 316 α; cfr. Lin. Lachesis Lapp. T. II p. 109.

245) ORCHIS *conopsea.* Lin. Spec. pl. p. 1335. Synon. C. Bauh. Pin. p. 85.

246) ORCHIS *maculata.* Lin. Spec. pl. p. 1335. "Orchis palmata pratensis maculata. C. Bauh. Pin. p. 85" et "O. palm. montana maculata. C. Bauh. Pin. p. 86" e Lin. Fl. Suec. ed. I et II, et Spec. pl. ed. I et II.

* "GYNANDRIA Diandria aphrodisiaca dicitur". — "Radix harum a Practicis in universum tanquam Aphrodisiacum agnoscitur; odorem etiam reddit aliquanto virosum, et quæ fortius redolet, majori pollet vi; hic enim halitus Venerem provocat." Lin. Am. Acad. T. I p. 412, cfr. T. I pp. 390 et 426.

247) CALLA *palustris.* Lin. Spec. pl. p. 1373.

* "Radix saporis est adurentis et caustici, ignis ferme instar, attamen, mirum dictu, ex ea panem conficere docuit homines dura necessitas. Ex ea enim planta conficitur Panis iste apud nos decantatissimus Missebrœd dictus; et hæc planta est vera ista Misse, licet sæpius confundatur cum Menyanthe, et sequenti modo præparatur: Radices primo vere et antequam folia explicantur, vel et autumno, aliquot iugera e paludibus limosis facillimo negotio extrahuntur, cum supra terram inque limo fere fluido crescant, eradicatæ lauantur, a fibris capillaribus liberantur, in sole vel clibano exsiccantur, exsiccatæ conscinduntur in frustula magnitudinis pisi, lapide molari in farinam conteruntur. Farina hæc suaueolens et alba cum aqua pura coquitur per horam in consistentiam pultis seu iusculi; deponitur dein olla cum contento hocce per diem vnum vel quatuor, (quo diutius, eo melius), aqua supernatans decantatur, residuum exsiccatur acrimonia omni castratum. Hæc farina miscetur cum farina Cerealium vel Pini et exinde conficitur panis secundum artem. Panis hic albus est, dulcis et gratissimus, præsertim recens. Vsus huius panis primarius et receptissimus apud

Westrobothnienses, Ostrobothnienses et Nouaccolas Lapponiæ. Lappones autem nullo pane vtuntur, nec piscibus siccatis, vt fama fert, nec vllum aliud succedaneum loco panis adhibent. Panis hic longe præfertur pineo, qui nec vsurpatur, quamdiu huius sufficiens prostat copia." Lin. Flora Lapp. sp. 320 *δ*; cfr. Am. Acad. T. I pp. 377 et 420, T. III p. 95, Lachesis Lapp. T. I p. 350—352.

248) CAREX *acuta β ruffa.* Lin. Spec. pl. p. 1388, Flora Lapp. sp. 329.

* "Cyperoides latifolium, spica *rufa* sive caule triangulo. Tournef. Inst. T. I p. 529; "Gramen cyperoides latifolium spica *rufa:* sive caule triangulo." C. Bauh. Pin. p. 6. — Theatr. 83 e Scheuchz. Agrostogr.

Obs.! "*C. acuta β. rufa* Linn. videtur esse *C. riparia Gooden.* etiam secundum synonymon *Gr. cyperoides latifolium spica rufa, Burseri herb.* I n. 68 quod illud gramen exhibet. Hæc *C. riparia* nonnisi in Svecia meridionali crescit." Whlnbg. Fl. Lapp. sp. 458.

249) CAREX *acuta α nigra.* Lin. Spec. pl. p. 1388, Flora Lapp. sp. 330. "Cyperoides nigro-luteum, vernum, minus." Tourn. Inst. T. I p. 529.

250) CAREX *flava.* Lin. Spec. pl. p. 1384, Flora Lapp. sp. 334. "Gramen palustre aculeatum Germanicum vel minus." C. Bauh. Pin. p. 7.

251) CAREX *Pseudo-Cyperus.* Lin. Spec. pl. p. 1387.

* "Gramen cyperoides spica pendula breviore. (Majus et minus habetur)" C. Bauh. Pin. p. 6 — theatr. 86 e Lin. Hort. Cliff., ut etiam Fl. Suec. ed. I et II; sed C. B. Theatr. 85 e Scheuch. Agrostogr. p. 443.

** "Lappo sequenti modo contra vim frigoris præseruatur: Femoralia ad talos vsque extenduntur confecta e pellibus hirsutis rangiferinis, extremos pedes defendunt calcei hirsuti itidem e pellibus rangiferinis confecti, extrorsum verso vellere. Calceis indunt gramen hocce, tempore æstiuo dissectum, exsiccatum, breui ante pectine ferreo vel corneo diuisum, conquassatum inter manus, ita vt non modo tibias, sed et plantas pedum vndique superius et inferius tegat, quo gramine velati liberi omnino sunt ab omni frigoris sæuitia: Hocce etiam gramine chirothecas suas hirsutas replent, ne manus lædantur, sicque perdurat gens hæc, gelu indurata. Vti gramen hoc hyeme frigus abigit, sic etiam æstate sudorem pedum arcet, simulque ne pedes lædantur allisi ad lapides, etc. (calcei enim tenuissimi, non e corio, sed pellibus conficiuntur:) in itinere vetat". — "Inquirenti difficile est percipere, quod-

nam sit gramen hoc a Lapponibus adeo receptum, cum non omnibus idem sit, colligunt enim varia, semper tamen Carices, et inter has hanc speciem (C. *vesicariam β.* Lin. Spec. pl. ed. II p. 1389) præ reliquis seligi intellexi." Lin. Fl. Lapp. sp. 328 *β* et *γ*. — "Folia dissecta, siccata, carminata, calceis imponunt Lappones ad arcendum frigus hyeme, sudorem æstate. Fl. Lapp." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 856; cfr. Lachesis Lapp. T. I p. 276 et T. II pp. 21 et 46.

Obs.! CAREX *globularis.* Lin. Spec. pl. p. 1385. "Habitat in Alpibus Dalekarlicis." Lin. Fl. Suec. ed. I sp. 759, ed. II sp. 846.

252) URTICA *urens.* Lin. Spec. pl. p. 1396. — C. Bauh. Pin. p. *232,* ut etiam a Linnæo dicitur in Fl. Suec. et Spec. pl., neque p. 231, ut in Lin. Fl. Lapp.

* VERBESINA *Acmella.* Lin. Spec. pl. p. 1271, Mat. Med. ed. I sp. 406 =? SPILANTHUS *Acmella.* Lin. Syst. Veget. ed. Sprengel T. III p. 444. — "ACMELLA ex Insula Zeylon, ob vim diureticam et virtutem in Calculo singularem Seculo præterlapso satis cognita fuit." Lin. Am. Acad. T. IV p. 37. — "Acmella diaphoretica est et anodyna, humores viscidos tenaces attenuat, obstructiones reserat, materiam tartaream in renibus vel vesica concretam resolvit, calculosque aliquomodo frangit." Dale Pharmacol. Suppl. p. 80; cfr. Pharm. Wirtenb. T. I p. 43.

253) BETULA *Alnus α glutinosa.* Lin. Spec. pl. p. 1394.

254) BETULA *Alnus β incana.* Lin. Spec. pl. p. 1394.

* "Hæc specie non differt ab Alno rotundifolio viridi C. B., notabilis tamen est variatio. Alnus ista glutinosa viridis non obuia fuit per Lapponiam, nec vidimus eandem, nisi postquam ad vrbem Ostrobothniæ Gambla Carlby in reditu peruenimus; in Suecia inferiore contra est glutinosa ista vulgaris, hæc autem satis rara. Lin. Fl. Lapp. sp. 340 *β.* — "*Alnus incana (Betula Linn.)* är allmännare inom Provinsen än *A. glutinosa,* och följer Dalelfven ända ned emot Öster-Fernebo socken i Gestrikland." C. G. Kröningsswärd Flora Dalecarl. p. 51.

255) BETULA *alba.* Lin. Spec. pl. p. 1393.

256) BETULA *nana.* Lin. Spec. pl. p. 1394.

* Joh. Franckenii Speculum Botanicum Renovatum, Upsaliæ 1659, p. 32.

** "Sernensibus et Limensibus." Lin. Fl. Lapp. sp. 342.

*** "Nullus negabit, quod locus huius natalis verus et primarius sit in Alpibus nostris, adeo vt vix vlla arbor, vix ulla herba hac frequentior, quæ sæpe integra Alpium iuga per spatium decem

milliarium obuestit." Lin. Fl. Lapp. sp. 342 ζ; cfr. Am. Acad. T. I p. 343.

† "*Lagopodes* dictæ Aues (Tetraonum species)" (TETRAO *Lagopus*. Lin. Fauna Suec. ed. II sp. 203) "tempore æstiuo flauescentes, hyemali albæ, pedibus lana inuolutis, leporis instar, per omnes Alpes, vt alibi passeres, discurrunt; hæ victitant fere solis seminibus huius arbusculæ, et per integram hyemem in Alpibus nostris (cum nulla alia in iisdem perduret auis) sub niue ea colligunt." Lin. Fl. Lapp. sp. 342 ϑ. —

"Est species quædam avium Tetraonis *Lagopus*, Suecis *Ripa* dicta; bina est hæc varietate; altera minor, quæ in alpibus lapponicis, altera vero major, quæ in silvis lapponiæ communiter degit. Hæc ad nos tempore hyemali translata venalis exponitur sub nomine *Snöripa*, illa *Fiællripa* nominata apud nos rarius visa fuit, ambæ hæ aves Alpina et silvatica colore et forma omnino conveniunt; color quoque utriusque variat pro ratione temporum anni. Prior harum amentis florum Betulæ Nanæ vescitur vere vigentibus, reliquoque anni tempore semina ejus comedit, et nullo fere alio utitur cibo." — *Fiällrapa* Dalekarlis dicitur, Lagopus etiam prædictus *Fiällrapa* iisdem vocatur; hacque ratione cibus et avis devorans uno eodem nomine *Fiällrapa* dicuntur." Lin. Am. Acad. T. I pp. 349 et 350: "BETULA NANA."

257) MYRIOPHYLLUM *spicatum*. Lin. Spec. pl. p. 1409.

* Jul. Pontedera: Anthologia sive de natura Floris, Patavii 1720, p. 189 e Lin. Fl. Lapp., Hort. Cliff. et Fl. Suec. ed I.

258) HYDROCHARIS *Morsus ranæ*. Lin. Spec. pl. p. 1466.

* "Tournef. act. 1705 *p.* 311" e. Lin. Fl. Suec. ed. I et II, sed "*t.* 311" e Lin. Hort. Cliff.

** Casp. Bauh. Pinax p. 193.

Obs.! Ad DIOECIAM jam in Gen. pl. ed. I et Hort. Cliff. a Linnæo refertur hæc planta.

259) SAGITTARIA *sagittifolia*. Lin. Spec. pl. p. 1410. Sagitta aquatica major. Casp. Bauh. Pin. p. 194.

260) SPARGANIUM *erectum* α Lin. Spec. pl. p. 1378 sub ordine TRIANDRIAE, ut jam in Gen pl. ed. I gen. 706; in Florula autem et Flora Lapp., uti heic, ad ordinem POLYANDRIAM refertur, etsi Linnæus ipse dicit in Flora sua Lapp. sp. 345 mom. β: "Stamina in singulo flosculo, si perspicacissimo oculo separentur partes, tria tantummodo occurrunt, hinc si quis ad ordinem triandriæ huius classis genus hoc amandare vellet, recte faceret, licet dubitem omnes staminum numerum in hoc genere obseruare posse."

261) PINUS *sylvestris*. Lin. Spee. pl. p. 1418.

262) PINUS *Abies*. Lin. Spec. pl. p. 1421,

* "Pinus et Abies simul syluas Lapponiæ constituunt et de primatu inter se certant. Pinus in siccis, at Abies in humidis copiosior, inter quas Betula sine lege mixta occurrit." Lin. Fl. Lapp. sp. 347 mom. *α*.

Obs.! "En Gran af underlig skapnad stod jämte wägen, in emot 3/4 mihl ofwan för Matkulla giästgifware gård" (i Småland), "och på högra handen; grenarna woro långt tiockare än allment på Gran och hade inga små grenar på siborna, utan hängde såsom spö och gjorde en hel främmande skapnad; bladen eller barren stodo ei eller kamlikt såsom på en Gran, utan mäst på alla sidor ströbda. Ett sådant träd har jag aldrig sedt mer, än endast 1734 Jul. 12 strax ofwanföre Elfdahlen wid Rothbron i Österdalarna, ett enda träd. Mon detta är ett species Hybrida eller blandning af en Tall som befröat en Gran?" Lin. Iter Oeland. et Gotl. p. 324 et 325.

"Sällsynt Träd finnes" (i Elfwedalen) "på en udde, der begge Elfwerna komma tillsammans. Nedre grenarne woro 6 till 7 qwarter långa och räta med flere leder, nog lika Gran, men de öfre qwistar hade mera likhet till Tall. (Pinus Linn. Flora 874 et 875)" Hülphers Dagbok p. 215.

"In patria nostra arbor quædam, licet rarissime, occurrit (It. Gottl. 324), quæ est quasi medium inter Pinum sylvestrem et Pinum abietem, ut nemo fere possit determinare quænam species ex hisce sit; habet enim ramos longos uti funes, et tota planta mutata est: Metamorphosin non subit, vel apud nos, quantum adhuc notum est, unquam fructum tulit; et videtur cum descriptione *Pini Mugo* dictæ, in Italia a botanicis facta, convenire. Si ex commixtione aliqua inter Pinum et Abietem, hæc non provenit, omnia nos fallunt." Lin. Am. Acad. T. IV p. 383. — "Hybrida ex Pinu rarius visa ad Matkulla Gotl. 324, ad Elfdalen Dalekarliæ, ad Læsta" (=? diversorium Läggesta) "prope Mariefred, ad Sohlbergam in Höjebro moen O-gothiæ; semper mihi sterilis obvia, nec comparanda cum ulla ab auctoribus descripta, nisi sit Abies foliis prælongis pinum simulans. Raj. hist. 1916. Abies minor, longioribus setis ramulorum ex omni parte prorumpentibus, pinastrum referens. Pluk. alm. 1 t. 1 f. 1." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 875. — PINUS Abies *β* viminalis Alström Vet. Ac. Handl. 1777 p. 310—317 t. 8, 9, e Whlnbg. Fl. Suec. ed. II sp. 1111.

263) SALIX. Lin. Fl. Lapp. ed. I sp. 365 Tab. VIII, fig. *s*; S. *caprea*. Lin. Spec. pl. ed. II p. 1448.

264) SALIX. Lin. Fl. Lapp. ed. I sp. 366 Tab. 8 fig. *t*, Fl. Suec. ed. I sp. 808; S. *lapponum* Lin. Spec. pl. ed. I p. 1019, ed. II p. 1447 et Fl. Suec. ed. II sp. 893; Cel. Andersson: Salices Lapponiæ p. 22—26. — Cfr. Cel. C. Hartman Jun.: "Adnotationes de plantis Scandinavicis herbarii Linnæani, in Musæo Societ. Linnæanæ Londin. adservati", in Act. Reg. Acad. Scient. Holm. 1851, p. 342 sp. (44) et Cel. Th. Fries: "Öfversigt af K. Vet.-Akad. Förhandlingar" 1861 N:o 6 pag. 271 mom. *t.*

265) SALIX. Lin. Fl. Lapp. ed. I sp. 362 Tab. VIII fig. *q*, Fl. Suec. ed. I sp. 806; S. *arenaria* Lin. Spec. pl. ed. I p. 1019, ed. II p. 1447 et Fl. Suec. ed. II p. 894 (pro parte); S. *Lapponum c. elliptica* Cel. E. Fries Mant. I p. 60; S. Lapponum * leucophylla Willd. ex E. Fries in Bot. Not. 1840 p. 182, Sum. Veg. Scand. I p. 56 et Herb. Norm. XII n. 67, nec non Andersson Salices Lapponiæ p. 26 et 27. — Cfr. Cel. C. Hartm. Jun. "Adnot. de plantis Scand. herbarii Linnæani" in Act. Reg. Acad. Scient. Holm. 1851 p. 343 sp. (46) et p. 345 sp. (53.)

Obs.! In "Öfversigt af K. Vet.-Akad. Förhandlingar" 1861 pag. 370 mom. *p.* refert Cel. Th. Fries "Lin. Fl. Lapp. sp. 362 Tab. VIII *fig. o*" ad Fr. Herb. Norm. XII n. 67, sed "Lin. Fl. Lapp. sp. 362 Tab. VIII *fig. q* ad S. *auritam* Lin. respondere existimat idem.

266) SALIX. Lin. Fl. Lapp. ed. I sp. 359 Tab. VII fig. 1 et 2 atque Tab. VIII fig. *l;* S. *reticulata.* Lin. Spec. pl. ed. II p. 1446.

* Hocce synonymon e Casp. Bauh. Pinace, quod speciei 359 Floræ suæ Lapp. adnumeravit Linnæus, deinde autem in Spec. pl. ed. I p. 1018 et ed. II p. 1445, "C. Bauh. Prodr. p. 159" addito, idem S. *herbaceæ* submisit.

267) SALIX. Lin. Fl. Lapp. ed. I sp. 355 Tab. VII fig. 3, 4 et Tab. VIII fig. *h.* (neque fig. *N.* ut errore typogr. dicitur in Lin. Fl. Suec. ed. I et II); S. *herbacea.* Lin. Spec. pl. ed. II p. 1445.

* "Minima inter omnes arbores est hæc salix, maximam huius speciei, quam vnquam in Lapponia videre licuit, depinxi Tab. VII fig. 3" et Tab. VIII "ad literam *h.* vtrimque in naturali magnitudine. Crassa satis est radix et fruticulus quasi subterraneus, qui apicibus ramulorum modo e terra emergit, frigoris veluti impatiens." Lin. Fl. Lapp.

Obs.! SALIX *pentandra.* Lin. Spec. pl. ed. II p. 1442, Fl. Lapp. Tab. VIII fig. *z.* (perperam mendo typogr. fig. 3 in Lin. Fl. Suec. et Spec. pl.), "Dalekarlis Halster." Lin. Fl.

Suec. ed. I sp. 792 et ed. II sp. 879. — S. *pentandra*. Jolster: Hedemora etc.; Hilster: Malung." Kröningsswärd Fl. Dalekarl. p. 62.

268) CAREX *dioica*. Lin. Spec. pl. p. 1379.

269) CAREX *pulicaris*. Lin. Spec. pl. p. 1380, vel potius C. pauciflora J. Lightfoot: Fl. Scotica, Londini 1777, 2 p. 543 t. 6. f. 2. ex Cel. Andersson: Cyperaceæ p. 75 et Kröningsswärd Fl. Dalecarl. p. 26. — Etiam in Flora sua Lapp. sp. 339, auctore Rajo vel Scheuchzero (Agrostographia p. 497), illam cum præcedente conjunxit Linnæus, attamen deinde in Hort. Cliff. p. 438 dicit ipse sub C. spica simplici dioica: "In Fl. lapp. 339. incurri communem errorem, hoc gramen miscens cum præcedente" (C. spica androgyna), "uti Raj. synopsis et Agrostographiæ Authores, cum tamen toto cœlo diversa sint et hoc facie externa scirpis simillimum." — In Fl. Lapp. unam alteramve, vel utramque, uti in Hort. Cliff. ad MONOECIAM TRIANDRIAM refert Linnæus.

270) URTICA *dioica*. Lin. Spec. pl. p. 1396.

* Jul. Pontedera Anthologia sive de natura Floris Patavii 1720, p. 210 e Lin. Fl. Lapp. et Hort. Cliff.

** "Caule siccato et aqua macerato fila subministrat." Lin. Am. Acad. T. I p. 378.

Obs.! U. *urens* Lin. vide supra sub MONOECIA; utraque species in Flora Lapp. DIOECIAE, in Horto Cliff. et operibus suis sequentibus MONOECIAE adnumerat Linnæus.

271) MYRICA *Gale*. Lin. Spec. pl. p. 1453.

* "Olim huius plantæ foliis Cereuisiæ condiebantur per Sueciam, nunc autem post largiorem plantationem Humuli, ob cæphalalgias quas potantibus creat, præsertim minus cocta planta, exoleuit, nec hodie nisi a pauperibus, in prouinciis remotioribus, adhibetur." Lin. Flor. Lapp., sp. 373 ♂; cfr. Am. Acad. T. I p. 383.

272) RUMEX *Acetosa*. Lin. Spec. pl. p. 481.

* lege C. Bauh. Pin. p. 114, ut in Lin. Hort. Cliff. dictum est.

** "Ex hac planta præparatur *serum acetosatum* Lapponum, quod *Juemomelke* illis dicitur, et quidem sequenti modo: Folia huius in magna copia colligunt, a caulibus separant, illis vna cum petiolis suis ahenum cupreum replent, vnam tertiam partem aquæ superinfundunt, coquunt ad consistentiam syrupi, noua iterum addunt folia, coquunt, spatula semper mouent, ne aduratur vel saporem adustum adquirat; absoluta coctione, post sex se-

ptemue horas huic operationi impensas, reponitur, vt refrigeretur. Miscetur deinde cum lacte rangiferino, reponitur in vasculis ligneis vel ventriculis (ventriculo primo seu magno) rangiferinis clausum, seruatur in cryptis montium vel reconditur in terra, ne mures (Mus cauda truncata, flaua maculis nigris; Mus Wormii" = M. *Lemmus*. Lin. Fauna Suec. ed. II sp. 29) "lædant vasa. Sæpe vmbellas Angelicæ cum Rumice miscent et coquunt, sed parcius. — Lac tali modo paratum acidum gratumque adquirit saporem, et editur ab omnibus, senibus et iuuenibus cum oblectamento. — Diu tali modo confectum seruari potest lac eodem semper imbutum sapore, quod alias non fieret. Vetus hoc lac palatum excitabat nostrum, recens confectum non item. — Notabile est, quod cum nil hocce lacte apud Lappones vulgatius sit, tamen apud nullam aliam nationem, apud nullum Lapponiæ accolam illud receptum fuisse nouerim." — "Nemo credat, quod Lappones hoc conficiant pro medicina scorbuti, sane non magis vexantur scorbuto, quam calore solis, dum brumale sæuit frigus; Nec contra calorem æstiuum, licet in conuallibus per æstatem calor satis vrgeat, inde tamen minus periclitantur, cum casas vel tentoria sua sæpius in medio montis latere figant, id est, inter gradus caloris et frigoris medio, et si calor nimis vexaret, præsens remedium porrigunt iuga montium perennante niue obducta. Nec febribus vexantur continuis, raro contagiosis, licet hæ eos nonnunquam salutantes altas agant radices, quibus propinant aquam frigidam, non vero lac acetosatum." Lin. Fl. Lapp. sp. 130 ζ pp. 93 et 94; cfr. Lin. Am. Acad. T. I p. 363, nec non Lin. Lachesis Lapp. T. I p. 273 et T. II p. 46.

Obs.! "Hæc species cum sequenti" (R. foliis lanceolatis hastatis = R. Acetosella Lin. Spec. pl. p. 481) "sub DIOECIA HEXANDRIA recenseri deberet, ne autem species eiusdem generis separentur, pace Lectoris, eas hic loci trado." Lin. Fl. Lapp. sp. 130 η. — "Species sunt, quæ in DIOECIA mares et feminas seorsim exhibent." Lin. Gen. pl. ed. I gen. 300.

273) RUMEX *Acetosella*. Lin. Spec. pl. p. 481.

274) POPULUS *tremula*. Lin. Spec. pl. p. 1464.

* Cfr. P. *nigra*. Lin. Mat. Med. ed. I sp. 462 et Dale Pharmacol. p. 361. — " P. *tremula* cum P. *nigro* viribus convenire creditur." Dale Pharm. Suppl. p. 272.

275) LYCHNIS *dioica*. Lin. Spec. pl. p. 626. — Obs.! "In hac plantæ specie mares et feminæ in DIOECIAM distinctæ sunt, reliqua attributa habet communia cum Cucubalis, stylis tamen instruitur quinque. Mirabitur forte quis, cur ego non secundum ad-

sumta principia, æque demonstrabilia et demonstrata ac vllius alius methodi, conficiam noua genera ex iis, quæ classe et ordine differunt, methodo ab omnibus facile systematicis recepta. Sed cum sciam omnia genera esse naturalia, (alias nulla per secula seculorum in Botanicis certitudo) terrent me vestigia tot generum spuriorum in Botanicam introductorum, ob solam hanc rationem, qvot vnquam genuina exstitere." Lin. Fl. Lapp. sub DECANDRIA TRIGYNIA sp. 182 γ. — In Lin. Gen. pl. ed. I sub gen. 381 Lychnis: "Dantur species etiam in DIOECIA sexu separatæ"; et in Gen. pl. ed. II sub gen. 443 *Cucubalus:* "Species alia dioica, pentagynia."

276) JUNIPERUS *communis.* Lin. Spec. pl. p. 1470.

* Cfr. Lin. Mat. Med. sp. 465, Dale Pharmacol. p. 360 et Pharm. Wirt. T. I p. 89.

277) GNAPHALIUM *dioicum.* Lin. Spec. pl. p. 1199.

Obs.! "Planta hæc, licet sexu differat, genere tamen distingui non debet a reliquis Elichrysis." Lin. Fl. Lapp. sp. 302 β. — "Species est, quæ in alio individuo solos flores hermaphroditos a parte feminina abortientes, in alio vero solos femininos fæcundos profert." Lin. Gen. pl. ed. I, II et V; in omnibus his operibus uti in reliquis Linnæanis sub SYNGENESIA POLYGAM. SUPERFL. — "Gnaphalii nomen retinemus in coniuncto genere Filaginis et Elichrysi, more antiquorum, cum Gnaphalii T. genus forte eandem agnoscat familiam." Lin. Fl. Lapp. sp. 298. mom. γ.

278) EMPETRUM *nigrum.* Lin. Spec. pl. p. 1450.

* Cfr. Lin. Fl. Lapp. sp. 379 β et γ (vide adnot. edit. n. 33 in Præfationem hujus operis Linnæanam. — "Crescit et in durissimis siccissimisque collibus et in spongiosis aquosisque paludibus cespitosis; persistit in alpibus Lapponiæ et ad Fodinam Fahlunæ, ubi frigus reliquas destruit." Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 904.

Obs.! "Planta hæc omnes leges sexus eludit, numerum maritorum et feminarum tamen sancte seruat, ita vt aliam videas plantam marem, aliam androgynam, aliam hermaphroditam." Lin. Fl. Lapp. sp. 379 δ. sub POLYGAMIA TRIOECIA, ut etiam in Gen. pl. ed. I gen. 775 et ed. II gen. 935; in Horto autem Cliff. p. 470 et Fl. Suec. ed. I sp. 832, uti heic, sub POLYGAMIA POLYOECIA. — "Plantas hermaphroditas nuper habuit Jacquin; ego quondam unicam vidi Upsaliæ, nec dein e myriadibus dioicis unicam." Lin. Spec. pl. ed. II p. 1450 sub DIOECIA TRIANDRIA, ut jam in Gen. pl. ed. V gen. 977, Spec. pl. ed. I p. 1022 et Fl. Suec. ed. II sp. 904.

279) EQUISETUM *arvense*. Lin. Spec. pl. ed. II p. 1516.
 * lege: Casp. Bauh. Pin. p. 16.
280) EQUISETUM *sylvaticum*. Lin. Spec. pl. p. 1516.
281) EQUISETUM *palustre*. Lin. Spec. pl. p. 1516.
 * lege: usurpant. Cfr. Lin. Fl. Suec. ed. II sp. 931: E. *hyemale;* It. Oel. p. 116, It. W-goth. p. 60, Am. Acad. T. I p. 385 et T. IV p. 182: E. *arvense*.
282) PTERIS *aquilina*. Lin. Spec. pl. p. 1533.
 * C. Bauh. Pin. p. 357.
283) POLYPODIUM *vulgare*. Lin. Spec. pl. p. 1544.
284) POLYPODIUM *Phegopteris*. Lin. Spec. pl. p. 1550.
285) POLYPODIUM *Dryopteris*. Lin. Spec. pl. p. 1555.
286) POLYPODIUM *fragile*. Lin. Spec. pl. p. 1553; cfr. Lin. Flora Lapp. sp. 384; synonymon autem hocce, e Casp. Bauh. Pin. exhibitum, in Spec. pl. ed. I et II signo interrogationis est notatum.
287) POLYPODIUM *Filix mas*. Lin. Spec. pl. p. 1551. — Filix non ramosa dentata. C. Bauh. Pin. p. 358.
288) ASPLENIUM *Trichomanes*. Lin. Spec. pl. p. 1540.
289) LYCOPODIUM *Selago*. Lin. Spec. pl. p. 1565.
 * "Solent rustici boues vel sues phthiriasi laborantes decocto huius musci lauare, quo facto intra aliquot dies a molestis hisce insectis liberantur." — "Reperitur etiam, rarius licet, in officinis quibusdam pharmaceuticis Sueciæ sub nomine Musci cathartici et sub forma decocti ad vomitum excitandum præscribitur in robustis corporibus, vt vocant, debet tamen refracta admodum dosi exhiberi, alias conuulsiones excitat, obseruante Rothmanno." Lin. Fl. Lapp. sp. 420 β et γ; cfr. Lin. Am. Acad. T. I p. 385.
290) LYCOPODIUM *Selaginoides*. Lin. Spec. pl. p. 1565.
291) LYCOPODIUM *clavatum*. Lin. Spec. pl. p. 1564; cfr. Lin. Fl. Lapp. sp. 418.
292) LYCOPODIUM *annotinum*. Lin. Spec. pl. p. 1566.
 * seu pediculis nudis Rupp. jen. I p. 328, e Lin. Fl. Lapp. sp. 419.
293) LYCOPODIUM *complanatum*. Lin. Spec. pl. p. 1567.
 * "Ruricolæ Westrobothnienses muscum hunc et folia Betulæ." (B. *alba*. Lin Spec. pl. ed. II p. 1393.) "circa finem mensis Iunii collecta coquunt simul, eisque varia e lana confecta flauo imbuunt colore." Lin. Fl. Lapp. sp. 416 mom. β.; cfr Lin. Act. Holm. 1742 p. 26, Fl. Suec. ed. I sp. 860, ed. II sp. 958 et Am. Acad. T. V p. 338, nec non Lachesis Lapp. T. I p. 235.

294) LYCOPODIUM *alpinum.* Lin. Spec. pl. p. 1567; cfr. Lin. Fl. Lapp. sp. 417, Tab. XI fig. 6.

295) SPHAGNUM *palustre.* Lin. Spec. pl. p. 1569.

"Feminis lapponicis maxime notus est hic muscus; hunc enim linteis cum destituantur, infantibus, dum cunis suis continentur, vndique circumponunt, qui et puluinaris et tegmenti vices seruat. vrinam acrem absorbet, calorem conseruat, sericisque stragulis gratior est tenellis; mutatur deinde vesperi et mane, dum purus et recens substituitur in prioris locum. Mollis quidem satis per se est, nihilominus, infante recenter nato, deciduos sponte molliusculosque crines rangiferinos musco superimponunt, corporique infantis proxime admouent, ut adhuc magis delicata sint stragula hæcce." Lin. Fl. Lapp. sp. 415 ♂; cfr. Lin. Am. Acad. T. I p. 386.

** "Tophi in paludibus maximum negotium facessunt Nouaccolis Lapponiæ; quodsi enim aqua e paludibus fodiendo educitur, marcescit quidem planta, at per plures annos non putrescit, sed sterilis persistit rustico detestabilis; deberent itaque plantæ palustres post paracenthesin vrendo vel suffocando exstirpari; plantæ enim paludosæ indolem non mutant, neque vnquam luxuriant, nisi sufficiens potus adsit." Lin. Fl. Lapp. sp. 20 ♂.

296) POLYTRICHUM *commune.* Lin. Spec. pl. p. 1573.

* "*Lectus* noster apud Nouaccolas in Lapponia constabat pellibus leporinis absque vllis puluinaribus, apud Lappones vero ipsos solis pellibus rangiferinis, in desertis autem e ramis frondosis Betulæ. In itinere per fluuios extrahebatur circa vesperam scapha, qua vehebar, in terram continentem, quæ obuertebatur, vt sub ea, instar Diogenis, quiete dormirem defensus a pulicibus et pluuiis, nescius naturæ placuisse stragula ibi, in alio quam in volatilium dorso, quærere, quæ tandem et e terra crescere in densissimo deserto a Lapponibus didici. Muscum enim hunc, quem feminam dixi, quærunt Lappones, formam quadratam trium vlnarum in latitudine et totidem in longitudine acie cultri circumscribunt, quo facto leui manu alterum angulum a terra separant eleuantque, mox tunicæ instar tenacis extrahunt totum hocce circumscriptum spatium, solutum quatiunt, vt si quæ folia aciformia adsint, vel terra adhæreat, expellantur; quo facto mox alterum exacte priori respondens, eadem methodo, sibi comparant; deinde expanditur altera hæc muscosa tunica sursum verso musco supra terram, cui incumbit lassum corpus, alteram verso deorsum musco sibimet imponunt, vt ramuli omnes corpus respiciant. Mollissimus est hic lectus, cuius stragula vndique ambiunt corpus et ad illud sese vbique applicant; calidissimus deinde est, et virentis vegetabilis grati

odoris, nec pediculos, pulices, cimices, scabiem, luem, aliudque contagium innocenti corpori adfert, nec plumulis vndique obuolitantibus irresolubilibusque, cum inspiratione, pulmones infarcit phthisinve generat, sed lassum corpus molli grataque requie reficit. Hunc lectum itaque si non delicatulis aulicis audeam præscribere, certe duris martis filiis, quos sæpe oportet in syluis castra sua ponere, hic meus lectus conueniet optime. Euitant Lappones muscum marem, ne capitulis suis pedunculatis titillationem ipsis creet molestam, dum linteis carent, somnumque eorum turbet. Quæsiui me sæpius quisnam Lappones hunc musci vsum docuerit primus, cum paucis, imo paucissimis Botanicis constet Muscum hunc caule simplicem, radicibus adeo intertextum et implicatum esse, vt vix separari queat, nec alium excogitare potui, quam Lapponum conterraneum Vrsum, qui, dum longissimam suam hybernam noctem cimmeriis tenebris inuolutam dormire debet more Erinacei, Melis et Vespertilionis, hunc muscum in vasta copia colligit, inque eo securus sine epulis et poculis per dimidium et vltra, annum quiescit, vnde aliquando, vt opinor, aliquis Lappo, qui casam noctu frigida attingere non potuit, vrsi consilium capturus percepit radices cohærere." Lin. Fl. Lapp. sp. 395 δ; cfr. Lin. Am. Acad. T. I. p. 886 et Lachesis Lapp. T. I p. 171.

** "Polytrichum hocce, vt gratum lasso per deserta Lapponiæ peregrinatori, ita rustico septentrionis nostri infensissimum et abominabile, vtpote quod pascua eius lætissima integra destruit. Prata fertilissima apud nos sunt, quæ terram, quæ terram, ex humo vegetabili, mistam cum arena et pauca quantitate argillæ pro matre agnoscunt, sita in loco decliui et in conuallibus. In his facillime luxuriat hic muscus in tophos et turfas cumulatus, sterilis, reliqua vegetabilia opprimens, vt ad Nerpis præsertim in Ostobothnia videre licuit tristissimo exemplo. Dissecui talem turfam seu terræ verrucam perpendiculariter in duas partes et vidi eandem ad centrum radicis semper cauam, hinc auguror terram hyemali tempore a gelu constrictam in rimas frangi, vnde eleuantur radices plantarum (vt etiam in hortis non raro tempore vernali videre est) quæ quasi supra terram positæ, gelu hyemali, tandem sicco aeri vernali, demum calido æstiuo expositæ, destruuntur, relicto commodo loco huic musco, ut læte crescat. Si quis huic malo medicinam minus laboriosam vel sua operatione non pretiosam admodum detegeret, summopere sibi gratos incolarum deuinciret animos." Lin. Fl. Lapp. sp. 395 ε; cfr. Lachesis Lapp. T. I pp. 191 et 192.

297) HYPNUM *proliferum*. Lin. Spec. pl. p. 1590; cfr. Lin. Fl. Lapp. sp. 405.

298) HYPNUM *parietinum.* Lin. Spec. pl. p. 1590.

* "ramulis appressis et magis complanatis." Dill. giss. 218, e Lin. Fl. Lapp. sp. 406.

299) BRYUM *scoparium.* Lin. Spec. pl. p. 1582.

* "Huius speciei singulare admodum specimen habui in itinere Reuterholmiano per Dalekarliam ad pagum Heden, vbi admodum cauliculis multiplicatum et longum compactissimumque excreuit in magnitudinem nidi Sciuri, et exacte repræsentabat figura ac magnitudine cranium humanum musco obductum." Lin. Fl. Lapp. sp. 398 β.

300) BRYUM *argenteum.* Lin. Spec. pl. p. 1586; cfr. Lin. Fl. Suec. ed. I s. 909. — "Dill. giss. 226" e Lin. Fl. Suec. ed. I.

301) MNIUM *fontanum.* Lin. Spec. pl. p. 1574; cfr. Lin. Fl. Lapp. sp. 414.

302) JUNGERMANNIA *epiphylla.* Lin. Spec. pl. p. 1602.

* Dill. giss. 221 gen. 84 t. I fig. A. B. C., e Lin. Fl. Suec. ed. I sp. 930.

303) MARCHANTIA *polymorpha.* Lin. Spec. pl. p. 1603.

304) LICHEN *rangiferinus.* Lin. Spec. pl. p. 1620.

* "Norunt et Nouaccolæ (quibus vita est omnino rustica) in usum suum vertere hunc Lichenem; tempore enim pluuioso corradunt furca multiplici et inflexa hocce vegetabile, quod tum tenax est, facile a terra secedit, (contra vero tempestate sicca fragile est et in puluerem vertitur) in aceruos colligunt et hyemali tempore irrigatum pauca quantitate aquæ bobus inde pabulum parant optimum." Lin. Fl. Lapp. sp. 437 ϵ.

** "Notabile dein est in maiori ista varietate (η.), quod sudum cælum per diem Lichenem hunc exsiccans eum adeo fragilem reddat, vt vix ac ne vix eum attingere queas, quin in frustula et puluerem fatiscat, inferior tamen eius pars semper madida et humida persistit, quod in vulgari non adeo manifeste obseruatur." Lin. Fl. Lapp. sp. 437 mom. ϑ (vide Præfationem Linnæanam hujus operis et adnot. in eandem edit. n. 35).

305) LICHEN *islandicus.* Lin. Spec. pl. p. 1611.

* Borrich Act. Haffn. 1671 p. 126 (e Lin. Fl. Lapp., Fl. Suec. ed. I et II), sed anno 1674 (e Lin. Spec. pl. ed. I et II); Barth. act. 1671 p. 126 (e Lin. Mat. Med. ed. I sp. 403).

** "In Islandia ex eo iusculum confici et medicamenti vel alimenti titulo adsumi refertur, et sane si aliquod nutrimentum laudabile ab eo obtineri posset, maxime necessarius esset Lapponum syluaticorum latranti sæpe stomacho, cum absque vlla difficultate, vllo sudore in copia vbique haberi posset. Mihi autem dubium

quoddam mouet effectus huius Lichenis purgans, non enim bene percipio, quomodo vnum idemque simul et chylum auferat et nutriat, nisi præparatione effectus iste laxans obtunderetur; dein omnia purgantia diuturno nimis vsu suspecti quid fouent, nisi per consuetudinem, vt alteram naturam, iste effectus cessaret. Quidquid demum sit, videmus in Suecia plures phthisicos iusculo ex hoc musco parato, se per longum tempus sustentare absque incommodo et fere absque manifesto laxandi effectu; et si aqua, durante coctione Lichenis huius, aliquoties adfunderetur noua, adhuc magis etiam effectus iste purgans eneruaretur, et si in Islandia corpora incolarum aleret, idem sane et in Lapponia præstaret. Boues vernali tempore in pascuis gramine recenti auide adsumto purgantur et tamen pinguescunt. Boerhaave." Lin. Flora Lapp. sp. 445 (nec 455, ut in Lin. Fl. Suec. ed. I et II atque in Spec. pl. ed. I est dictum) mom. δ. — "Habitat in sylvis acerosis sterilissimis, præsertim Dalekarliæ, et Fahlunæ omnium copiosissime, ubique tamen vulgaris." Lin. Fl. Suec. ed. I sp. 959 et ed. II sp. 1085.

Obs.! LICHEN *nivalis*. Lin. Spec. pl. ed. II p. 1612. "Licet Lichenem hunc in tanta vbique obtinuerimus copia, nullibi tamen peltas eius in Lapponia reperire potuimus. Anno autem 1734" (mendo typogr. 1732) "in itinere Dalekarlico, impensis magni Gubernatoris prou. Dalekarlicæ Generosiss. BARONIS NIC. REUTERHOLM, suscepto, Dalekarlicas Alpes nobis conscendentibus occurrebat hic tanta in copia, vt nullum vegetabile hocce esset vulgatius, et longe maius quam antea vllibi idem obseruabamus; hic etiam, raro licet, desiderati isti flores et peltæ prodiere, quæ Lichenem nostrum valde adfinem reddebant alteri speciei vulgatissimæ, vbique arboribus, præsertim Fraxinis insidenti, quæ dicitur Lichenoides arboreum ramosum maius. Raj. syn. 75." Lin. Fl. Lapp. sp. 446 γ (vide infra adnot. n. 309).

306) LICHEN *saxatilis*. Lin. Spec. pl. p. 1609.

* "Mulierculæ Alandicæ hocce Lichene pannos suos tingunt flauescente colore, coquendo scilicet Lichenem absque salibus, et immergendo pannos." Lin. Fl. Lapp. sp. 447 mom. γ.

307) LICHEN *croceus*. Lin. Spec. pl. p, 1616.

* "Cum nouam, quantum constat, tradam speciem et breuem eius descriptionem conabor." vide descript. Lin. in Fl. Lapp. sp. 443 β et Tab. XI fig. 3.

308) BYSSUS *Jolithus*. Lin. Spec. pl. p. 1638.

* "Prodit se facile, cum ruber sit lapis, cui innascitur et sanguine quasi oblinitus, qui si teratur alio quodam duro corpore

violæ martiæ odorem saturatum spargit, qui a solo hoc fungo, nec a lapide ipso manat." Lin. Fl. Lapp. sp. 528 *β*. — Cfr. Lin. It. Oel. p. 7, nec non It. West. Goth. pp. 9 et 250.

309) LICHEN *plicatus, barbatus* vel *jubatus*. Lin. Spec. pl. p. 1622. — Cfr. Lin. Fl. Lapp. sp. 446 mom. *γ*. (vide supra adnot. edit. n. 305 Obs.!) et sp. 456 mom. *γ* (vide adnot. edit. n. 29 in Præfationem hujus operis Linnæanam). — "Cum antecedenti in arboribus frequens, a quo vtrum specie, an vero varietate tantum differat, in medio relinquo." Lin. Fl. Lapp. sp. 457 mom. *α*.

III. In Appendicem.

1) CUSCUTA *europæa*. Lin. Spec. pl. ed. II p. 180. "Fahlunens. Hummelbinda". Fl. Suec. ed. II sp. 144.

2) IMPATIENS *noli tangere*. Lin. Spec. pl. p. 1329.

3) LYCHNIS *dioica*. Lin. Spec. pl. p. 626. — "Variationem singularem, petalis scilicet singulis quadrifidis, huius speciei in Alpibus habuimus." Lin. Fl. Lapp. sp. 182 *δ*; cfr. Lin. Lachesis Lapp. T. I p. 288.

4) RANUNCULUS *auricomus*. Lin. Spec. pl. p. 775. R. nemorosus sive sylvaticus folio rotundo. Casp. Bauh. Pin. p. 178; R. rotundifolius vernus sylvaticus. Joh. Bauh. Hist. T. 3. p. 857 fig. bona, e Lin. Hort. Cliff. p. 229. — R. nemorosus. Lin. Index Itin. Oel. et Gotl.

5) STACHYS *sylvatica*. Lin. Spec. pl. p. 811.
* Tournef. Inst. T. I p. 185, e Lin. Hort. Cliff., nec non e Fl. Suec. ed. I et II.

6) LAMIUM *purpureum*. Lin. Spec. pl. p. 809.
* seu Galeopsis Dioscoridis. Casp. Bauh. Pin. p. 230, e Lin. Hort. Cliff. et Fl. Suec. ed. I.

7) MENTHA *aquatica*. Lin. Spec. pl. p. 805. Obs.! Hæc herba, si alias recte sit determinata, neque nomen triviale lapsu calami, quem dicunt, huic sit adscriptum pro M. arvensi Lin. Spec. pl. p. 806, nondum post tempora Linnæi in Dalecarlia est reperta. Cfr. Cel. Th. Fries in Actis Naturæ Scrutatorum Scand., Christianiæ 1856, p. 300.

8) ANTIRRHINUM *Linaria.* Lin. Spec. pl. p. 858.

9) THLASPI *Bursa Pastoris.* Lin. Spec. pl. p. 903. — "Bursam pastoris sub Thlaspeos genere comprehendimus, sic dictitante flore, et semine. Siliqua enim membranaceo margine caret in Bursa pastoris, in Thlaspi Tournef. non item; considera itaque omnes species Thlaspeos et videbis prædictæ (§ 251" = THLASPI *arvense* Lin. Spec. pl. p. 901) "siliculam membrana cinctam maxima, reliquas species minori; in aliis scilicet speciebus ad apicem magis patent, in aliis ad pericarpii basin; visa sic inconstantia marginis membranacei, sequitur nullam ab eo desumi debere notam in genere, ergo nec Bursam pastoris distinguendam esse a Thlaspi, præsertim cum cetera paria sint et margo omnis Thlaspeos demtus, in plurimis speciebus, siliquam exacte Bursæ pastoris repræsentet." Lin. Fl. Lapp. sp. 252 mom. δ.

10) Difficile est dijudicatu, utrum Linnæus sub hoc nomine in mentem habuerit FILAGINEM *montanam* Lin. Sp. pl. ed. II p. 1311, Fl. Suec. ed. II sp. 780 et Am. Acad. T. III p. 431, an GNAPHALIUM *uliginosum* Lin. Spec. pl. ed. II p. 1200, Fl. Suec. ed. II sp. 740 et Fl. Lapp. ed. I sp. 300.

Nomen enim genericum Linnæi ipsius, si illud, quod de Filagine pyramidata Lin. in Flora Cel. Wahlenbergii Lapponica p. 206 est exhibitum, cum eo, quod in Flora sua Suec. ed. II p. 559 locis habitationis additis indicat Wahlenbergius, comparare velis, "Filaginem montanam solam in Suecia boreali occurrere" et "a Scania ad Dalecarliam superiorem (ex. gr. Ore) et Norrlandiam supremam (ex. gr. Anundsjö et Edsele) frequenter", illam confirmat sententiam.

Altera autem, Filagine media ad Gnaphalium uliginosum hoc loco spectare Linnæum, e Flora ipsius Lapponica nihilo minus perlucere videtur. Annotationes enim β et γ sub spec. 298 illius Floræ præclare ostendunt, Filaginem Tourn. et Elichrysum Tourn. in conjuncto genere, Gnaphalii nomine, tunc more antiquorum a Linnæo esse retenta. Dispositio etiam in Fl. Lapp. specierum hujus generis et synonymon "Gnaphalium medium Lind. Flor. Wiksberg. p. 16", sub specie 300 allatum, bene inter se congruunt. Species 299 ejusdem operis Linnæi, teste Cel. Wahlenbergio, ut supra dictum est, eadem est ac Filago montana Lin. Herb. Ups.; sub spec. 300, Wahlenbergio quoque auctore, et Gnaphalium supinum Villars et Gnaph. uliginosum Lin. intellexit ipse Linnæus. Hæc opinio, Linnæum anno 1734 Filaginem mediam potius ad Gnaph. uliginosum, quam ad Filag. montanam alligatam voluisse, non nimium ha-

benda sit subtilis, præsertim quum nomina generica Filaginis et Gnaphalii iisdem temporibus essent inter se maxime commutata. — Equidem, quo pertineat hoc nomen, haud dijudicare audeo.

11) SALIX *fusca.* Lin. Spec. pl. p. 1447, Flora Lapp. sp. 364 Tab. VIII fig. *r.*; Rudb. Icon. 52 et Index plant. præcipuarum in itinere Laponico collectarum p. 100 = *S. repens* Lin. (pro parte) e Cel. Hartman S:r in Bot. Not. 1840 p. 68 et Cel. Anderson Salices Lapponiæ p. 66; cfr. Whlnbg. Fl. Suec. ed. II sp. 1140: "Dalecarlia prope Siljan, ad Oresjö etc." et Cel. C. Hartm. J:r: "Annotationes de plantis Scandinavicis herbarii Linnæani" in Act. Reg. Acad. Scient. Holm. 1851 p. 346—348.

12) ATRIPLEX *patula.* Lin. Spec. pl. p. 1494. Atr. angusto oblongo folio. C. Bauh. Pin. p. 119, ut dictum est in Lin. Hort. Cliff., Flor. Lapp. et Fl. Suec. ed. I et II (perperam p. 219, ut citatur in Lin. Spec. pl. ed. I et II).

13) ACONITUM *Napellus.* Lin. Spec. pl. p. 751; cfr. Lin. in Act. Stockh. 1739 p. 41 t. 2. — "Habitat prope Fahlunam in prædio Soceri mei D. D. Moræi, Stæmshœgen dicto, ad rivulum inter Alnos non exstirpandum, quamvis quotannis evellitur. — Ni eradicetur quotannis, boves et capros occidit, præsertim nuper advectas et eas imprimis, quæ plantam non agnoscunt; Eqvos vero minime, quamvis non edant, nisi siccam." Lin. Fl. Suec. ed. I sp. 442 et ed. II sp. 477. Cfr. Lin. It. Scan. p. 249. — "Växer endast efter en bäck, Trostbäcken kallad, strax invid egendomen Stämshöjden i Hosjö Capellslag af Wika socken, eller på samma ställe der den af Linné först anmärktes." C. G. Kröningsswärd: Fl. Dalecarlica p. 41.

INDEX GENERUM.

Numerus paginam denotat.

"Vide Plura" de Itinere Dalikarlico.

1735. "Hamburgische Berichte von gelehrten Sachen", 8:vo (Herausgegeben von D:r Joh. Pet. Kohl) N:o 71 S. 586: *Linnés Reise durch Dalecarlien. Curiose Reisegesellschaft.* "Sie sind um so authentischer, da sie *von ihm selbst* herrühren." Recusæ in "Leben des Ritters *Carl* von *Linné*" von D:r Dietrich Heinrich Stöver, Hamburg 1792, Zweyter Theil pag. 261—267.

1740. C. LINNÆUS: Kongl. Svenska Vetenskaps-Academiens Handlingar, Stockholm 1743 p. 214—216. "Picus pedibus tridactylis." (Cfr. Lin. Fauna Suecica ed. I, Holm. 1746, et ed. II, Holmiæ 1761.)

1749—1769. CAROLI LINNÆI Amoenitates Academicæ, Tom. I—VII.

1762. "Dagbok öfwer en Resa igenom de, under Stora Kopparbergs Höfdingedöme lydande Låhn och Dalarne år 1757 af Abr. Abrah:son Hülphers" pag. 212 not. (c) (Hanc notitiam "Societat. Itinerariæ Reuterholm. in Itinere. Dalek. 1734" debet Cel. Hülphers *Reinholdo Näsman,* Socio LINNÆI in ipso itinere, postremum Pastori et Præposito in Paroecia Kohlbeck Dioeceseos Arosiæ).

1779. "Åminnelsetal öfver *Carl von Linné* för Kongl. Svenska Vetenskaps-Academien", af Archiater Araham Bäck, pag. 18 et 19.

1792. "Leben des Ritters *Carl von Linné*" von D:r D. H. Stöver, Hamburg, p. 77—82.

1808. "Minne af *Linné* Fader och Son" af Sv. Hedin Med. D:r", Stockholm, pag. 43 et 91.

1823. "Egenhändiga Anteckningar af *Carl Linnæus* om sig sjelf" (samlade och utgifne af Ad. Afzelius), Upsala: I pag. 21, 22; II pag. 107; III pag. 145, 146.

1826. "Äreminne öfver Arkiatern *Carl von Linné,* af Herr Carl Agardh, Professor i Naturalhistorien vid Kongl. Universitetet i Lund. — Skrift, som vunnit dubbla Stora Priset i Akade-

mien 1821." Scriptum hocce publicatum est in Actis Academiæ Suecanæ. Tom. Decim.

1849. "Nya Botaniska Notiser för år 1849, utgifne af N. J. Andersson." Stockholm, pag. 195—198. (Titulum, præfationem atque perpaucas notas, ipsis verbis Linnæi integris redditas hoc in loco legere possis, quas annotationes ex Diario manuscripto Itinerarii Dalekarlici Linnæi, in Musæo Societ. Linnæanæ Londini etiamnunc nostris temporibus asservato, Cel. Carolo Hartman J:r debemus.)

Errata et Emendanda:

Pag.		lin.					
Pag.	25	lin.	1	*exstat*	finnes	*lege*	fins
„	38	„	3	„	CARDUUS	„	CIRSIUM
„	39	„	18	„	coeruleo	„	coerulea
„	44	„	14	„	en, quæ deleatur		
„	84	„	18	„	Numne	„	Potestne
„	„	„	19	„	concludendum sit	„	concludi
„	„	„	21	„	haberet	„	habet
„	„	„	22	„	literæ, quæ deleatur.		